

2
DE
OCTANTIS
INSTRUMENTI MA-
THEMATICI NOVI GEODÆTIS,
ASTRONOMIS, GEOGRAPHIS, NAUTIS,
Architectis, Militibus & sodinarum praefectis
per quam utilis & accommodati us
& utilitate libellus,

A B
AUTHORE
HENRICO HOFMANNO

Jenensi, Mathematum in Illustre Academia Mar-
purgensi Professore Publico, conscripens ac boni
publici causa in lucem datus.

JENAE,
Typis Heredum Lippoldianorum.
ANNO M. DCXII.

CELSISSIMI ac POTENTISSIMI PRINCIPIS
ac DOMINI,

DOMINI MAURITII HASSIÆ
LANDGRAVII, Chatti Meliborum, Decia, Zigenhainæ &
Niddæ &c. COMITIS,

Epigramma

in
OCTANTEM
ab

In ilia Academia MARPURGENSIS Professore Mathematico,
M. HENRICO HOFFMANNO, nuper inventum &
editum.



I quis iter faciens oculis per sydera cœli
Scandal in etherei limina cœsa poli;
Anxius aut vastum discindens æquoris altum,
Gangis ad extremas nave vehatur aquas;

Sive pedes gradiens, nullo fulcimine nixi
Floridat terrestris permeet arua globi;
Non is ut Arch medem Siculum, Graiamve Platonem,
Italum & Architam consulat hic, opus est:

OCTANTEM HOFMANNI spectet vel Gnomona stratum.
Teutonici fabricas ingenii atq; manus.

Non has alitonans è summa fuppser arce
Despiciens dignas risibus esse voler;
Qualiter Arch medis derisit debile vitrum,
Quum vitro hostiles ureret igne rates.

Sed nova, ut hinc novis seculis, invenia probabie,
Et mirans superis talia dicta feret:

Huccine mortalis progreffa potentia cure est,
Ut fiant hominum, que ante fucre Deum?

Zura poli, rerumq; fidem, legesq; Deorum,
Explicit HOFMANNUS Theutonica arte simul.

Et quod TRAIANO PTOLOMÆUS MEMPHICUS olim
Præstisit, HESSORUM præstat & iste Duci.
Sic igitur volvens audax industria mundum,
Gaudet, & humana syderamente regit.

St. 288





Illustriſſimo Principi ac Domino, Domino

A U G U S T O , Principi Anhaltino, Comiti
Ascania, & Domino in Servesto ac Bernburgo &c. Principi ac
Domino suo clementissimo,

S.



Uemadmodum post fidem ac sinceram
relligionem Christianam, Illustriſſime
Princeps, Domine Clementissime, inter
tam varia præstantissimaq; dona, divini-
tùs humano generi concessa, nihil Libe-
ralibus artibus & disciplinis præstantius, iisdemq;
nihil ingenuo ac generoso ingenio dignius; sic inter
artes omnes Geometria nulla præstātior, nulla digni-
or, nullaq; ad omnem vitam existit utilior. Ex hac
enim veluti fonte inexhausto, ut è multis tantum-
modo pauca jam attingam, omnis longitudinum,
latitudinum & altitudinum seu profunditatum; o-
mnis hortorum, agrorum, sylvarum, montium, val-

lium, insularum ac regionum dimensio atq; divisio ;
omnis ædificiorum , urbium , castrorum & fortali-
tiorum dispositio ; omnis aquæductuum seu per ca-
nales seu per rivulos apertos institutio ; omnis Ma-
chinarum , tormentorumq; bellicorum vis & con-
structio ; omnis *autopatav*, truitinarum & staterarum.
ratio , armorumq; tractatio ; omnis deniq; apparen-
tiarum , quales occurrunt in speculis , in picturis , in
vitrīs , in aquis & in aëre diversimode illuminato va-
riatio manat . Quid multa ? Geometria hisce , tan-
quam terrenis & quasi sub pedibus , non contenta ,
cœleste etiam Theatrum ingreditur , atq; Altissimi
& Sapientissimi totius Orbis Conditoris & Archi-
tecti vestigia scrutatur & explicat . Ex hac , inquam ,
Geometria non tantum pulcherrimi hujus opificii
mundani inventum est medium , inventa atq; explo-
rata figura & amplitudo , sed ob oculos dilucide eti-
am illius subsidio ponitur cœli universi perenis con-
versio , admirabilis ille Orbium cœlestium numerus .
atq; ordo , Lunæ ac reliquorum syderum mutuus &
concinnus cum Sole congressus , ortus , obitus , ascen-
sus , descensus , stellarum fixarum ab invicem & erra-
ticis intercapedo & constitutio , diei & noctis , ho-
rarum atq; umbrarum toto anno per omnem terra-
rum situm & mundi inclinationem diversitas . Ta-
ceo

eo quod admiranda illa & planè divina de Luminarium Eclipsibus cognitio , uti & ingeniosa Planisphæriorum & Sciothericorum horologiorum in quovis plano ad quemcunq; stylum datum designatio tota hâc , tanquam amissi irrefragabili , nitatur atq; consistat . Tanta est , ut summatim dicam , præclarissimæ Geometriæ præstantia , utilitas nec non uertas , ut vel mente satis comprehendendi nequeat , tanta certitudo , ut nullus nullibi dubitationi locus sit reliquus . Cujus rei præterea licet ubiq; extent testimonia evidentissima , hoc nomine tamen atq; loco in medium jam adducam tantum OCTANTEM meum ; ad quem enim oculos si converterimus , præter certitudinem ac Geometricum , quo nititur , robur , immensus utilitatis sese conspiciendus offeret campus non modo in Geodæsia , in Architectura tam civili quam militari , in fodiinis , in aquæductibus , in re nautica , in Topographia & Geographia , sed in Astronomia etiam seu nobilissima syderali scientia ; sicuti id res ipsa deinceps declarabit satis .

Quare Illustrissime Princeps , cum viderem ex usu OCTANTIS mei tûm belli , tûm pacis tempore in Rempublicam non minimam redundare utilitatem , Tuamq; Celsitud. non minus studio Mathematico , quod vere regium est & Regum ac Princi-

pum jam olim propria Philosophia, ut aliis omnibus
liberalibus artibus & scientiis nobilioribus delecta-
ri, illiusq; cultoribus impense favere; atq; debitæ
gratitudinis erga Cels. T. documentum aliquod ut
relinquerem, fidemq; datam liberarem, quæ pro in-
genii mei tenuitate perscrutari hactenus potui, ea
(aliquoties idcirco ab amicis admonitus) prelo de-
mum subjici atq; in lucem sub Cels. T. patrocinio
ac nomine proferri volui. Tua igitur Illustrissima
Celsitudo munusculum hoc Mathematicum ani-
mo clementi atq; placido à me ut accipiat, & eo-
dem, quo hactenus, favore & clementia in poste-
rum me quoq; complectatur, eà, quâ par est animi
submissione rogo. Deus ter Opt. Max. Incly-
tam T. Cels. cum tota Illustrissima familia diu inco-
lumem fortunatam & prosperam servet. Per-
scriptum Cassellis, Calendis Febr. Anno 1612.

Illustriss. Celsit. Tua

Observantib.

H E N R I C U S H O F M A N .

Lectori




Lectori Candido Salutem.

UT in OCTANTIS nostri, novi Instrumenti
Mathematici, nomen inde, Circuli quod sit pars sive Ens octa-
vum, sortientur, cognitionem. Lector bene vole, via qua potest fieri opti-
ma pervenire possis, de illius fabrica seu structura atq. partibus paucis que-
dam pramittere animus nobis est. Et fabricam seu designi rationis rationem quod attinet,
etiam si per se ea primo intus Elementorum Geometricorum non plane ignaris fiat adeo
conspicua, ut declaratione aliqua indigere vix videatur; majoris tamen lucis ergo ean-
dem exponere quam paucissimis jam admitemur. Pro ampliudine itaq. OCTANTIS
fabricandi ducti recta, radium ejusdem alterutrum, verbi causa finistrum que
referat, *AB*, designetur ex puncto in ea quovis *C*, intervallo *AC*, semiperipheria cir-
culi occulta, qua in *E* bisecta, agatur ex *A* per *E* recta *AF*, ipsi *AB* aequalis; que
reliquum Octantis, dextrum scilicet, representabit radium. Quibus duobus jum sic de-
scriptis radiis cum tota reliqua designatio tanquam validana situr base, totiusq. Instru-
menti hujus inde pendaat prosperitas, ideoq. alterutro finistro nimis *AB* radio ad a-
mussim ducto, quo minus in reliquo, nempe dextro, ex *A* centro ducento aberres, in prom-
ptu habeas tria, quatuor plurave, per quae is transeat, puncta, eaq. acquires semiperipherias
ex rotidem in *AB* radio centris deversis occulte descriptas, scfeg. in *A* contingentes, sicut
si idex *AED* in *E* bisecta semiperipheria facile est conjicere, bisecando. Et Examen se-
monique oria, si que alia instituenda foret, describatur ex *A*, radio *AB* seu *AF*, arcus
BE, ac ex *D* ad interstitium *DC* signato in *AED* punto *G*, emitatur ex *A* per *G* ad
arcum *BF* occultum *AH*, que, si filii ductum probe secutus fueris, sociabis dictum *BF* ar-
cum ita, ut segmentum *BH* ad *HF* sit in ratione dupla; unde *HF* triens seu pars tertia
erit totius arcus *BF*. Nam ut *DG* ad *G* sit angulus *DAG* ad angulum *GAE*, ac pro-
inde *G* arcus *BH* ad arcum *HF*. Sed arcus *DG* duplusest ipsius *GE*. Nam cum *DG* to-
tius *AED* sit pars tertia *EG* *ED* ejusdem dimidia, erit *EG*, quippe inter *ED* *EG* DG dif-
ferentia, ipsius *AED* pars sexta. (Sublato enim $\frac{1}{3}$ de $\frac{1}{2}$ relinquitur $\frac{1}{6}$.) Ideoq. ipsius *DG*
dimidia. Quare *EG* arcus *HF* ipsius *BH* dimidiis erit; *EG* et contra arcus *RH* ipsum *HF*
duplus. *BH* arcus igitur gradum erit 30 & *HF* 15; cum totum *BF* gradibus constet 45.

His peractis, signetur deinde pro Limbi latitudine in radio AB punctum I à B quod distet ad intercapidinem partis octavae aut septima ipsius AB vel circiter, seceturq; B I in L & M ut L M sit ipsius IL semissis & IL ipsius IB quadrans, (doctrine saltem causâ hæc ita propono) ac descriptis ex Arcibus IK, LN, MO Limbus in tria spacia dissectus erit, quorum primum Graduum notis à 5 in 5 inscribendis, secundum medium & minimum gradibus singulis designandis, tertium & maximum Minutis seu graduum partibus sexagesimis numerandas assignabitur. Graduum distinctio primum perficietur ita. Arcu BH in P bisariam, indeq; BF toto trifariam seu in partes tres aequales secto, secetur singula uidem internas, ac regulâ centro A & singulis sectionum punctis exquisite admota signentur rectâ à dictis sectionibus ad arcum IK usq;, & sic Limbus secundum longitudinem in partes novem aequales dissectus erit, ac proinde singulis novenis in extimo BF arcu in partes quinas subdivisis, notentur in solo Limbi spatio medio, gradibus scilicet adsignato, rectâ, ipsi A & jam factis in BF sectionum punctis regulam uti ante, ritè applicando, & graduum distinctio peracta erit; quatenus exquisitor ut reddatur, arcum OM itemque DE jam dicto secari convenit modo; tunc enim preter centrum A tria sese offerent puncta ad singulos ducendos gradus. Minuta deinde seu graduum partes sexagesima commode sic notabuntur. Singulis extimi BF arcus partibus quadragesimus quintus per medium sectis agantur ex jam factis sectionibus ad partis cuiusq; seu gradus in arcu AL O respondentis terminum utrumq; portiones peripheriarum equalium aequales, ita ut si continuentur in centro A sese intersectent omnes; quod quidem mediante regulâ, ad ductum unius peripheriarum, circini ope in pleno aliquo designata, exquisite flexâ perfici optime poterit. Quibus ergo omnibus sic descriptis atq; in triceras partes aequales dissectis, minuta seu partes graduum sexagesima, vi propos. 26. lib. 3. Euclid. signata quoq; erunt; quas partes seu quia minuta deinceps in usu à principio cuiusq; gradus ad illius medium numerabis ascendendo, indeq; ad finem eiusdem gradus descendendo, naturali serie. Quotamen numeratio ista facilius à quovis peragi possit, dena minuta scilicet 10 & 50 itemq; 20 & 40 distinguuntur integris peripheriarum arcibus, ex A descriptis, notisq; propriis insignitis.

Et de Limbo hæcenus; cuius usus precipuus in Astronomicis, Geographicis & Topographicis perficietur operationibus; nunc ad Scala nostra Merica fabricam accedo, qua instituetur sic. Demittatur ex punto K ad radium Octantis AB perpendicularis KQ, ipsique AQ, siue fuerit ducta, aquatur, ac per medium secetur trianguli AKQ rectanguli & aequaliter latera singula scilicet AK in S, AQ in R & KQ in T, punctisq; S cum R & T rectis SR & ST connexo inscriptum, est Triangulo AKQ jam dicto Quadratum QRS T, cuius latera singula uti & contermini RST trianguli rectanguli uidem & aequaliter, secetur in partes 50 aequales, ducenturque ex punctis sectionum singulis ad singula opposita recta lineæ,



*linea ita, ut quin e ceteris sint conseqüentes, hoc est, ut ipsi lateri A Q acte parallelo-
mnes*

enes existant manifeste, deletiles seu obscurae nulle; quina tamen ceteris crassiores ne ad infinitum ab invicem dignoscit possint; quina vero lateri KQ parallela manifeste tam- sum; reliqua deletiles seu obscurae omnes; delectantur enim post intersectionem per puncta manifeste signata. His ita duabus adscribantur numeri de 5 in 5 eo modo atque ordine, quem Octantis nostri typus aneus dilucide satis ob oculos ponit; ad quem etiam Lectorem ob maiorem cum divisionis eum subdivisionis in Limbo & in Scala hic peragende, totiusque constructionis notitiam acquirendam remissum volo. In precedente enim schema re primariam duntaxat constructionis rationem exponere libuit, cum ultra etiam ob par- uitatem progreedi nec licuerit. Idcirco autem spatum sub parallelis KQ , SR , Triangu- luli AKQ quasi gnomon, Scala à nobis dicitur Metrica, quod scale instar gradibus distinctum inseruat rebus Metricis, hoc est, dimensionibus longitudinis, latitudinis & altitudinis seu profunditatis; lateribus KQ Baseos Recta & AQ Baseos Verso nomine insignitis.

Dimensionis vero in presentia ea tantummodo à nobis declaranda suscipitur ra- esto, qua absolvitur per solum in Scalam ingressum; reliquā calculum Arithmeticum, vulgarem aut Trigonometricum artificiosum requirent, liceat optime exquisitissimeque, prae ceteris Geodeticis instrumentis, per Octantem peragri possit, intacta jam relicta; de qua tamen suo tempore in lucena Mathematum studioris hanc ingrata, dante Deo, daturus sumus. Porro in hac per solum in Scalam ingressum dimensione, omnis nostri intelle- ctus acies eò convertenda est, ut semper duo imaginemur triangula, alterum in Octante & alterum in proposito piano non tantum similia, lateribusque circa eales angulos idcirco quoquomodo proportionalia, sed numero partium equalia, dupla aut subdupla, tripla aut subtripla, & eò deinceps ordine eque multiplicia, aut submultiplicia. Et tamen etiam de Scale Metrica structura eiusque usus generalis dictum; sequitur designatio Horizontis seu Compasti vulgo sic delli, que sic erit. Describatur in spacio à Scala, Limbo radioque, si- nistro incluso circulus quantuscunq; isque diametris 4 in suos Octantes ita distribuatur, ut earum una scilicet YZ ipsi AB radio Octantis sinistro indeque, Scale Basi Verso aquidi- stet, quam Meridianam Magnetinam appellare libet, ac alteram VX , normaliter huic que incumbat proindeque, reliqua Scale Basi Recta nimisrum KQ aquidistet, Orientalem. Facto itaque à Z initio singulis octantibus sinistrorum progrediendo, sumus assignare gradu- um numerus, nimisrum sequenti 45, tertio $V 90$, quarto 135 , quinto $Y 180$ & sic dein- ceps, ut in Z finis 360 gradus cum initio primi coincidat. Horizontem vero voco circel- lum hunc, quod Indice Magnetino directore notificare cels partem eam, versus quano pro- posita inserviatur observatio, aut suscipiatur navigatio seu terrestris aliqua profectio. Ad usum igitur adaptetur in centro dicti circelli Index Magnetinus ita, ut Octantia quoquo modo posito libere circumire possit; quod fieri percommode, si cum dicto circello ex piano Octantis excisso capsula includatur cylindrica, solito more vitro recta, ac circa dicta Orientalis linea seu diametri VX puncta extrema V & X , tanquam polos, mobilis, ut


Ave Octans eleveretur sive deprimatur, in equilibrio semper pendeat; diametris eundem si-
cum oblinentibus, ita tamen ut si Octantis plano Magnetinus equidistet Index, virum,
quo tegitur, eidem rite congruat. Non tamen existimandum est, requiri omnino ex
Octantis plano sic ut excindatur Horizon dictus, cum idem ferè prestare potia est vul-
garis in forma quadrata compassus, modo lacus ejus alterum, Meridiana seu duodecima
quod aquidistat linea, uni diametriorum Horizontis, pro exigente usu, amissariam appli-
ceretur. Octante sit parato, regula sive dioptra, pinnulis quatuor, perpendiculo & pedo
seu fulcro insuper est opus. Regula sit dignum lata & tam longa vel paulo longior quam
sui est Octantis radius; eiq; uti & Recta Scala Basi, modo in tylo aneo ostendo, pinnula
apponantur dues ad trajiciendam oculorum aciem pro rectis, triangula cum mensuranda
magnitudine qua conforment, lineis. Quod ad negotium id maxime requiruntur etiam,
proposita magniendo sive distantia ut sit justa; cum visus infinitus non sit, & alter ocu-
lus obductus, quod vis una fortior existat dissipata. Ad visum igitur quippe qui o-
mnium exteriorum sensum ut est celerrimus, ita maxime dissipabilis, constringendum
pinnularum usus summoperè necessarius est; & parum interest, sive ea sint quadratae sive
alterius figura, modo foramina, minutissima que fini & rimula probè concordent. Re-
gula vero seu Dioptracum formatio tota ex tylo aneo satis sit conspicua, plura non addo;
saltem obseruetur id, quod ea in Octantis centro claviculo rotundo ita sit adapta, ut
libere circa eum circummagi & cochleola beneficio, ubi opus, in quacunq; Limbi parte fir-
mari possit, & si radio Octantis sinistro sive Scala Basi Versa admota fuerit, eidem suis
partibus, partiumq; ordine præcise respondeat, licet eandem multitudine superet.

Perpendiculum deinde ex tenui filo & globulo plumbeo communiter quod constat,
ex centro Octantis seu portius ex claviculi per id transenit medio liberè pendeat; hincq;
Scala Basi primis, ad stellarum aliarumq; rerum aletudines capiendas, perpendicu-
lariter, quod gravia suo pondere rectis ad perpendiculum ferantur lineis, sistenda in-
serviens.

Fulcrum demum seu pes cui Octans innatur (de portatis saltu hoc loco jam ago)
inferne acuminatus esse debet, ut terre infigi; superne vero ita confirmatus, ut ipso fixo
manente, Octans superimpositus elevari, deprimi, modo in hanc, modo in illam partem
conversi, atq; ad perpendiculam collocari, & cum rute collocatus fuerit, figi & firmari
queat. Quodcum variis instauri possit rationibus, ne tamen nostram quis hac in re do-
sideret operam, paucis jam pedis nostri, quo percommode utimur, formam adumbratu-
ri sumus. Octanti in dorso medio clavis inseratur rotundus rectus ad angulos, ejusdem
qui sit cum AB tubo seu canali concavo, duos aut tres digitos alto, ipsiq; pedis per co-
chleolam D adhaerente, amplitudinis. Nam ad praxin seu usum Octans subire revocari de-
bet, tunc dictus clavis dicto subo immutendus est; Et sic nullo quasi negotio Octans

non modo in orbem converti, & ubi opus fuerit, coquileola C
sistit, sed D coquileola majoris subsidio sursum deorsumq[ue] trudi,
atq[ue] ad perpendicularium apprime collocari poterit; sicut id ex
opposita pictura facilius metu quam longo verbore in ambien-
tum colligere est. Et de partibus etiam adeo q[ue] tota Octantis fabri-
ca facias.

Quid prerogativa vero praece-
ris Instrumentis Geodeticis & Astro-
nomicis noster habeat Octans, cum
communi constet suffragio, Instrumen-
ta Mathematica, quo majora ac sim-
pliciora, eo ob exquisitiorem partium
minutissimarum subdivisionem esse cer-
tiora, indeq[ue] nobiliora & præstantiora;
modo ad usum accommoda sint & tra-
ctabilia; quis est inde qui id colligere
non posset? Quo nomine primo ad u-
sum Geodeticum Octans noster ut sit
accommodatissimus, portatuq[ue] perfaci-
lis, nullo labore tantus confici potest, ut
per ipsum in minutum consequi omnia
liceat. Quod si quadrans aut quo plu-
rimi utuntur, integer circulus idem præ-
stitus sit, necesse est cum Octante &
qualem obtineat radium, sive à centro
ad perimetrum distantiam. Inde
non



non modo integer præcertim circulus sua quantitate & mole inhabilis redderetur, sed etiam sua gravedine sibi ipsi in debito plano retinendo noceret, ut propterea citra errorem & difficultatem usui vix esse possit. Et sicuti quadrans, si ex eadem, quâ Octans conficiendus materia, duplum pondus, duplum laborem & consequenter duplos requirat sumptus; sic integer circulus ad omnia foret octuplus.

Ad Astronomicum deinde usum praterquam partes Minuti denas, plures vè, eas si forte quis desideret, exhibeat, cum tantus haud difficulter construi possit, talam subdivisionem ut admittat & nihilominus tractabilis existat, id commoditatis adfert, ut per eundem stellarum quarumcunq; cœlo sereno, distantiasive ab invicem intervalla exquisitissime, minimoq; negotio explorari possint. Quod neq; sextante, neq; quadrante aliquo Instrumento, excepto ingenti ac pene intractabili semicirculari illo, hactenus summi etiam artifices præstare — potuerunt; attestantibus plurimisq; in locis ita conquerentibus, in primis nobilissimo Tychone de Brahe Dano, Astronomorum nostro seculo facile Principe, Clarissimo Magino & aliis. At Tychonem reliquorum nomine solummodo audire jam libet, in sua Mech-

chanica ita dicentem. Quoniam per sextantes à nobis excogitatos & paratos non nisi eæ distantiaæ syderum observari poterint, quæ sexta cœli parte comprehenduntur, ac interdum usu veniat, quod his maiores cœlitus rimandæ sint, adeò ut nonnunquam quarta cœli parte ampliores, observationis commoditate & usu id postulante, designandæ sint, (quod ut plurimum in Solis & Lunæ distantiis majoribus, quando circa medianam veramq; quadraturam vel ultra interdiu simul visuntur, tum quoq; ob alias occasiones locum meretur) id circosemicirculare quoddam Instrumentum confieri fecimus &c. cuius beneficio syderum intercapedines quantæcunq; tandem sint, usq; ad hemisphærii completionem exactè dimetiri liceat. Hactenus Tycho.

Cum per Octantem igitur stellarum distantiaæ, sive octavam sive quartam sive sextam sive tertiam cœli partes excedant, exhiberi tanta facilitate & præcisione possint, sicuti id ex secunda positione Ussus Astronomici intropicienti statim patebit, quo loco propterea is habendus sit, peritis Astronomis & Mathematicis dijudicandum relinquo. Nec est quod minutissima quaq; cùm in pinnulis aptis adhibendis collocandisq;, tum cateris in re-

in rebus quæ ad syderum observationes rite perficiendas
requiruntur, hoc loco, cum ex nobilissimi Tychonis no-
bili Mechanica ea optimè peti possint, prosequar; suffi-
ciat vice hactam facilem & expeditum sydera scrutan-
di ostendisse modum. Tedenum Lector Candide, vo-
lo rogatum, ne mihi vitio vertas, quod non singula in
hoc opusculo speciatim rationibus communiverim Geo-
metricis, cum non penitus Geometria ignaris, sed aliquo
modo in palestra hac exercitatis, quibus prolixitas in mi-
nimis fastidiosa & inutilis est, hac scribam; omniaq;
ferè illa nitantur propos. 32. lib. 1. & 2. ac 4. lib. 6. Eu-
clid. per quam tritis atq; notis. Si quis tamen de iis-
dem specialem desideret demonstrationem, aut alibi forte
überiorem declarationem, ei statim, quàm primum sab-
tem idcirco salutatus fuero, me satisfacturum promitto.

His igitur ita prmissis, ad Usum & Utilitatem

Octantis nostri declarandam, Auspice

Christo, me jam accingam.



OCTAN.

卷之三

OCTANTIS

Uſus Geometrici pars prima

D E

Lineæ rectæ, id est, longitudinis, latitudinis & altitudinis seu profunditatis dimensione.



OCTANTIS uſus est geminus; GEOMETRICUS & ASTRONOMICUS.

2. Geometricus versatur circa lineæ rectæ, superficieq; planæ dimensionem, librationem ac in charta quapiam secundum veram proportionem sive symmetriam expressionem.

3. Dimensio Rectæ per OCTANTEM est inventio lateris triangularis per minus triangulum, toti simile, uno reliquotum laterum velutroq; in data mensura nota sive dato.

4. Et si vero rectæ cuiusq; per OCTANTEM dimensio hâc unica ferè nitatur positione sive thesi, ipsius tamen Octantis ad eandem mensurandam, cum visui Mensoris non sempere eodem offertur modo, applicatio una eademq; non est.

5. Operæ itaq; precium erit, rem ipsam antequam aggrediar, mensurandæ linea differentiam situs jam paucis explicare.

6. Concipiatur ergo recta mensuranda Horizonti vel Parallelæ vel non Parallelæ.

7. Horizonti Parallelæ, oculi Mensoris respectu, rursus vel directi, quæ longitudine sive distantia Horizontalis vocabitur; vel transversa, quæ latitudo.

8. Horizonti non Parallelæ, aut erit ad eundem perpendicularis aut obliqua.

9. Ad Horizontem perpendicularis, oculi sive situs Mensoris ratione itidem habitæ, si sursum tendit, Altitudo appellabitur; si deorsum profunditas.

C

10. Ad

10. Ad Horizontem obliqua sive sursum sive deorsum vergat, longitudo sive distantia obliqua aut inclinata dicetur, si fuerit directa; & latitudo inclinata, si transversa.

11. His cognitis, ordine nunc & breviter pro instituto de rectæ cuiusq; dimensione, mediante statione sive inspectione unica aut gemina absolvenda, initium ab altitudine sumendo, agemus.

12. Unica statione sive inspectione absolvitur dimensio, cum quadratur altitudo ex data seu per mensurationem nota à re mensuranda distantia Horizontali vel contra.

13. Sive autem ex data Horizontali distantia Altitudo aut contermina inclinata longitudo; vel contra ex nota altitudine sive inclinata longitudine Horizontalis sit investiganda distantia; semper Scalæ in Octante Metricæ basis altera, Recta aut Versa, prout usus postulaverit, ad perpendicularum, hoc est, ut filo perpendiculari exquisitur aut congruat aut æquistet, collocanda est.


14. Ac quidem ad perpendicularum tunc recta Scalæ collocetur basis, cum Altitudo seu mensuranda profunditas minor fuerit data distantia Horizontali; Et versa, si major. Ac è contra, Versa Scalæ basis ad perpendicularum ponatur, cum distantia Horizontalis indaganda minor fuerit altitudine seu profunditate data; Et Recta, si eadem major.

15. Altitudo ergo ex nota Horizontali distantia per Octantem eruetur sic. Debita Scalæ base ad perpendicularum collocata & Limbo ad te converso, elevetur vel deprimitur dioptra sive regula tantisper donec per pinnularum seu pinnaciorum foramina tei mensurandæ summitas sive apex conspicatur; ac statim in Scala à dioptrâ & utraq; Scalæ Base conformata erunt triangula rectangula quamplurima inter se & proposito triangulo similia indeq; lateribus homologis proportionalia; Ex quibus ut triangulum ipsi mensurando partibus quod respondeat similibus detur, fiat cum partibus distantie datae in Scalam ingressus, numerando easdem in illius Base ipsi distantie existente Parallelâ, progrediendoq; cum iisdem ad dioptram usq;, & occurrent Scalæ gradus in Base reliqua, ad perpendicularum scilicet constituta, tanquam homologo latere dabit in data Mensura desiderata supra Mensoris oculum seu Opticum radium per Scalæ Basem distantie datae convenientem, missum, Horizon qui deinceps Mensoris dicetur, altitudinem; cui reliqua à dicto Mensoris Horizonte ad illius radicem proportione situs addenda aut demenda erit, ac tota producetur quæsita altitudo.

16. In Scalam vero si datæ in data Mensura distantie Horizontali aut dato triangulare latere cuicunq; denegerit ingressus, quod accidere nonnunquam solet, cum æquem multiplici tunc aut submultiplici aliqua, ut dupla aut subdupla, tripla aut subtripla &c. mensura in eandem instituatur ingressus, ac inventiæque

que submultiplex vel multiplex manifestabit in data mensurâ id, quoâ erat quæ situm.

17. Sit Exempli caussâ, mensuranda primum altitudo AB è situ C ab AB pedibus 64 æqualibus distante. Debitâ itaq; Scale Base nimisrum versa in situ C ad perpendicularum actâ ponatur summitas B sub Limbi gradibus 38 & minutis 40 conspecta, ideoq; in Scalano cum distantia DC Horizontali nota fiat ingressus, sumendo in Recta ejusdem Base partes, tanquam pedes 64, progrediendoq; sive ascendendo cum iisdem ad dioperam usq;, ac occurrentis Scale gradus in Base reliqua, versa scilicet, offeret pro BD supra Mensoris Horizontem, qui sit CD, altitudine partes sive pedes 80; quibus



Si pro reliqua DA pedes adjiciantur 6, tota AB altitudo quaesita prodibit pedum 86.

18. Sit deinde, Veritas peractæ jam dimensionis ut confirmetur, altitudo turris AB propositæ è situ quoq; remotiore E ab ea pedibus 110 distante, indaganda. Reæta igitur, nepote decenti, Scala Base in E ad perpendicularum posita, desur


O C T A N T I S


summitus B sub Limbi arcu graduum 36 & minutorum ferè duorum observata, ac proinde fiat in Scalam cum nota DE distantia introitus sumendo in Base versa partes 55, tanquam pedes istorum 110 duplos, cum 110 ibi non reperiantur, atq; cum iisdem ad dioptram usq; descendendo, ac in reliqua Scala Base, Recta nimirum dabuntur pro BD altitudine partes 40, hoc est, pedes 80; quibus uti ante pro AD pedibus 6 cum hic situs E cum priori C eundem obtineat Horizontem, additis, provenit rursus altitudo AB proposita pedum 86.

19. Et ita procedatur in dimensione turris, Obelisci, Palatii, Templi aut alterius ædificii tum publici, tum privati, liber ad quod pateat aditus.

20. In profunditate mensuranda eadem, quæ in altitudine est operandi methodus, ut id circò præter Exemplum desiderari nil possit. Sit igitur pro Exemplo puteus ABC, cuius profunditas per Octantem fit exploranda. Competente itaq; versa nimirum, Scala Base ad perpendicularm firmiter constitutâ, respiciatur per dioptram ad signum in fundo aut aqua superficie datum C, ponaturq; collimatio hac facta sub Limbi gradibus 29 & minutis 34 atq; ideo cum putei latitudine AB ulnas tres continent, tanquam distantia data fiat in Scalam ingressus, sumendo in Scala Base Recta partes 30 tanquam ulnas trium istarum subdecuplas, atq; cum iisdem ad Dioptram usq; ascendendo & emerges profunditas BC optata partium 80 hoc est, ulnarum adibitarum 8.

21. Neclongitudinis sive distan-
tia Horizontalis per Octantem men-
surandæ ex data altitudine ratio vari-
at quicquam. Visæ enim per dio-
ptram è loco superiori B metienda dis-
tancia AC meta C sub Limbi gradibus 27
& minutis 58, ingredere in Scalam cum
altitudine AB ulnarum inventa 30,
modo debito, ac invenies distantiam AC
que summa esse ulnarum 56 $\frac{1}{2}$





22. Et hoc pacto non modo navis alicujus à littore ex mali altitudine nota, apt fortalitii alteriusvè circumjacentis in planicie loci ab urbe ex turri vel notæ altitudinis specula distantiam eruere, verum etiam cognoscere licet, num res in monte existens propinquet vel recedat à nobis; quod iis non parum conduceat, castra qui sequuntur Martia.


23. Et hactenus Dimensio unicà inspectione sive collimatione est peracta; nunc verò indigebit geminā: ut cum è nota distantia horizontalis aut altitudinis portione altitudo aut tota investiganda sit distantia; vel è contra. Quo in casu, cùm per solum in Scalani ingressum, eandem Octanii idcirco in utraq; collimatione qui requirat positionem, hoc loco omnis perficiatur dimensio, non quævis adsumenda est distantia aut altitudinis portio, sed conveniens tantum, cuius minimus terminus uterq; distet à re proposita intersticio inæquali, hoc est, minori sive majori, quam ipsa mensuranda est altitudo aut distantia; vel terminorum

alter æquali, alter vero absit ab ea in æquali, minori scilicet aut majori intervallo.

24. Altitudo itaq; ex tali distantiaæ Horizontalis portione data indagabitur ita. Debita Scalæ Base in altero portionis datæ termino ad perpendiculum firmata, accipiatur per dioptram rei propositæ cacumen, ac sectione dioptra in Limbo signatâ, accedatur ad reliquum terminum datum, denuo rei mensurandæ summitem per dioptram, eadem Scalæ Base ad perpendiculum adhibitâ, observando; ac dioptra manente immota, filoq; perpendiculi sectioni in Limbo priori probè applicato, oblata erunt in Scala ab ipsa dioptra, filo perpendiculi & Base reliqua, Horizontem quæ designet, gradibusq; eidem Parallelis obliquangula triangula quam plurima, triangulo à data distantiaæ portione & opticis duobus radiis ex illius terminis ad rei oblataæ cacumen effusis facta, similia, atq; idecirco tum lateribus tum perpendiculis homologis proportionalia. Quare pro quaestio instituatur cum data distantiaæ portione in Scalam ingressus, quaerendo gradum, distantiaæ sive Horizonti Parallelum, inter filum perpendiculi & dioptram sive regulam, partes qui contineat ipsi dataæ distantiaæ portioni proportionales, ac dabit is in Scalæ Base ad perpendiculum posita supra Mensoris Horizontem in assumpta mensura propositam altitudinem.

25. Esto ergo mensuranda altitudo AB, è nota distantiaæ portione CD, utroq; termino ab AB turri intervallo minore, quam ipso est BH, cui æquetur HE, altitudo, distante, pedum quæ sit 40. Versa itaq; Scala Base ad perpendiculum adhibita, detur summitas B in termino sive fin C propiore per dioptram sub Limbi gradibus 18 & minutis 26, in remotiore vero D sub gradibus 37 & minutis 53 observata. Priori itaq; in Limbo Dioptra sectioni filo perpendiculi exquisitè admoto, quaratur in Scala gradus, ejusdem Basi Recta qui aequidistet, inter filum perpendiculi & dioptram partes tanquam pedes numerans 40 ac in reliqua Scala Base, versa nimirum exhibebit is desideratam supra Mensoris Horizontem altitudinem BH pedum 90.

26. Sit rursus altitudo turris AB ex distantiaæ portione, pedes itidem 40 æquante, FG, sed utroq; termino ab ea intervallo quæ consistat, quam proposita est BH altitudo, majori, investiganda. Scalæ itaq; Base Recta ad perpendiculum adsumptâ, ponatur eadem summitas B in situ remotiore C per dioptram sub Limbi arcu graduum 29 & minutorum 21; in F v. propiore sub arcu graduum 36 & minutorum 52 conspecta; ac proinde perpendiculi filo per inventum vigesimum primum gradus vi- gesimi noni minutum extenso, eligatur in Scalagradiis ejusdem Basi versus Parallelis, inter diopteram & filum perpendiculi partes qui contineat pro FG aequales 20, tanquam pedes istorum 40 duplos, cum 40 non dentur, ac si in Scala Base Recta offeret pro BH altitudine quaesta partes 45 hoc est, pedes 90, nesciente.



27. Et ita turris aliquis alterius vè re i c r e & t x, ad quam nullus aut periculosus à loco stationis patet aditus, nec ad alterum latus excurrendi, sed rectâ tantummodo

modo retrocedendi aliqua datur commoditas, tum altitudinem tum distantiam Horizontalem venari licet; quæ res in bello maximi sane est momenti, præsertim ad tormenta bellica rite dirigenda; ut nimis pila emissâ propositum locum attingat, eundemq; concuriat aut incendat.

28. Ex altitudinis dimensione patet etiam differentia duarum altitudinum. Utraq; enim sumptâ tollatur minor de majore ac relinquetur differentia quæ sita.

29. Et hac ratione non solum turris aut arcis supra montem sitæ altitudo, sed pyramidum etiam aliarumque rerum ornatus caulsâ constructarum sublimiores explorari possunt partes; quæ dimensio in Architectura suam habet utilitatem.

30. Inde etiam liquet, num aqua in montis aliqua cavitate inclusa, perfonso à latere monte in locum propositum ad communem ulsum derivari commodè possit.

31. Et de altitudinis è distantia portione data dimensione hæc tenus etiam satis; cum qua quia prorsus distantia è nota altitudinis portione conveniat investigatio; hac idcirco jam relicta, ad eam, quæ nullam altitudinem requirit notam distantiae sive longitudinis mensurandæ rationem, gemina itidem collimatione absolvendam nunc descendo.

32. Collimatio verò hoc in casu prima est vel libera vel coacta.


33. Libera est, quæ, habito ad mensurandam longitudinem sive distantiam respectu, alterutram partem versus dextram vel sinistram instituit pro loco collimationis secundæ sub angulo recto. Coacta, quæ sub obliquo.

34. Dimensio longitudinis itaq; collimatione primæ pro loco secundæ libere concessi, sic erit. Versa Scalæ Basæ distantia mensurandæ in directum actâ, notetur per reliquam Basem nimirum Rectam, alterutram partem dextram aut sinistram versus, prout ad hanc vel illam major fuerit data recedendi copia, ad quamcumq; distantiam, mensurandam tamen minimè excedentem, signum aliquod, è quo per eandem Rectam Scalæ Basem distantia propositæ termino altero, nimirum propiori si dextram versus id fuerit, & reliquo remotiori per dioptram; vele contra si sinistram versus fuerit, remotiori per dictam Scalæ Basem Rectam & propiori per dioptram reviso, fiat in Scalam cum assumpta distantia ingressus, querendo in ejusdem Basæ Recta tanquam homologo trianguli latere partes eidem competentes, progrediendoq; cum iisdem ad dioptram usq; & ab occurrente gradu manifestabitur in reliqua versa Scalæ Basæ distantia quæ sita.

35. Sit investiganda per Octantem primum distantia loci Mensoris A à loco B, dextram versus solùpmodo recedendi aliquâ commoditate oblata. Statuto itaque in A Octante, eog; hinc inde moto donec per versam Scalæ Basem, dioptra subsidio terminus B visui Mensoris obiciatur; observetur dextram versus per Rectam Scalæ Basem signum quodpiam C, collecturq; deinde Octans in C ita ut per eandem terminus A respi-

USUS GEOMETRICUS.

A respiciatur, ac dioptrâ directâ ue visus feratur ad reliquum *B*, fiat cum distantia *AC* in Scalam modo prescripto ingressus, sumendo nimurum in Recta Scale Base partes ipsi *AC* proportionales, progrediendo q₃ cum eisdem ad dioptram uig₃, ac dabuntur à reliqua Base Versainter *A* & *B* distantia vera.




36. Sit exquirenda deinde distantia loci Mensoris *A* ab *E*, levam saltem versus ab *A* recedendi pro loco collimationis secund^z oportunitate data. Poratur igitur Octans in *A* observando per Scale Basem versam terminum *E* propositum, & si gno I levam versus per ejusdem Basem Rectam notato, transferatur Octans in I, Ar-

D

measur_g

O C T A N T I S

meturq; ita ut visus per eandem Scale Basem Rectam ad terminam E dirigatur, ac dioptrâ in directum ipsi Al constituta, factoq; cum distantia Al eodem prorsus modo, sive in casu praecedenti, in Scalam ingressu, dubetur à Base uidem Versa AE distantia exposita.



37. Et hactenus de longitudinis sive distantiae dimensione, collimatione prima pro loco secundæ sub angulo recto concessâ, in planicie peragenda; quam Libram inde dimensionem appellare libet; nunc ad reliquam, Coactam dictam, quod collimationem primam pro loco secundæ sub angulo obliquo quocunque alteru-


alterutram partem versus instituere cogatur, me converto; quæ ut clarior evadat,
 si cognoscenda primum distantia loci observatoris A ab E, loco secundæ collima-
 tionis dextram versus sub angulo obliquo, nimirum acuto & Octante seu arcu
 graduum 45 minore, ad I dato. Signo itaq; ad I dato per versam Scale Basem ex A
 observato, volvatur dioptra donec tibi occurras terminus propositus E, ac sectione dioptra
 in Limbo rite adnotata, collocetur deinde Octantis versex in I, ita ut per eandem ver-
 sam Scale Basem terminus A per dioperam denuo terminus E resupiciatur, ac perpen-
 diculi filo sectioni dioptra in Limbo priori applicato, facta erunt triangula à dicto per-
 pendiculi
 filo, dio-
 ptra, &
 gradibus
 Scala Ba-
 si Versa,
 Parallelis
 triangulo
 AEI si-
 milia, ac
 proinde
 lateribus
 homologis
 proporcio-
 nalia;
 Quare
 quæsto in-
 gredere in
 Scalam
 cum di-
 stantia A
 I. queren-
 do gradū
 dicta Basi
 Versa Pa-
 rallelum
 partes in
 ter dio-



O C T A N T I S

pyram & filum perpendiculari qui numeret ipsi A I distantia in data mensura nota proportionales, ac ejusdem cum filo perpendiculari intersectio, d'opera subsidio, notam reddet & E distantiam propositam.


38. Sit deinde eadem A E distantia indaganda, loco stationis secundæ I sub angulo etiam acuto sed Octante majore, dextram itidem versus, assumpto. Quare ex A termino E per Rectam Scale Basem conspecto, siue per dioptram signi ad I constituta observatio, notando diligenter in Limbo partes seculas, & Octante deinde in I translatu, respiciatur per eandem Rectam Scale Basem terminus E & per dioptram terminus



U S U S G E O M E T R I C U S.

A; ac perpendiculi filo partibus in Limbo ante a notatis admoto, data jam erunt à diopira, filo perpendiculi & Recta Scala Base, gradibusq; eidem Parallelis triangula proposito *A E I* similia; Quare in Scala gradu ejusdem Basi Recta Parallelō, partes inter diopiram & dictum perpendiculi filum qui comprehendat ipsi data in data mensura *A I* distantia correspondentes, invento, notarur us erit à filo perpendiculi, tanquam homo iogo latere, Dioptrae adminiculo, proposita *A E* distantia in mensura assumpta.


39. Sit tertio dicti loci Mensoris *A* ab *E* distantia, loco secundæ stationis *I* dextram versus sub angulo obtuso, ejus supra rectum seu 90 gradus excessus *O-*stante existat minor, oblatu, invenienda. Per Rectum itaq; Scala Basem signo ad l dato



O C T A N T I S

ex A conspecto, instituatur per dioptram termini E collimatio, noteturq; in Limbo dioptre sectione, ac Octante in I deinde ita collocato, ut per eandem Scale Basem Rectam terminus A & per dioptram terminus E cernatur iterum, applicetur priori dioptra in Limbo signata sectione filum perpendiculari, peragaturq; similitatione, fiscus in precedentia casu, cum distantia A I in Scalam ingressus, ac prodibit vice tercia distantia A E proposita in data mensura.

40. Sit quartò & ultimò distantia A E per Octantem indaganda, loco stationis secundæ I dextram versus sub angulo obliquo, rectum seu gradus 90 excedente arcu Octate majori, ostendo. Limbo igitur ad te converso observeatur per Scale Basem



U S U S G E O M E T R I C U S.

Versam terminus E & per dioptram signum ad l datum, ac dioptra in Limbo sectione considerata, statuatur Octans in l ita ut terminus E per eandem Basem Versam & reliquus A per dioptram recessetur, ac silo perpendiculari priori in Limbo observata sectioni rute admoto, habebitur mediante in Scalam cum assumpia A l distantia ingressu in casu primo adhibito, effectus quasitus.

41. Idein dimensionis processus erit, levam si versus detur locus secundæ stationis sub angulo quocunq; obliquo; sicuti id ex quatuor hisce jam expositis schematibus colligere est facile; modò animadvertisatur, quod in triangulo AEI latius EI pro distantia quæ sita tunc assumendum; atq; per se in dioptra utpote homologo similis in Octante triangulilatere, facto cum IA debito modo in Scalam ingressu, sit numerandum.


42. Quoniam vero Coactæ dimensionis hujus ratio, cum per solum in Scalam ingressum, similem in utraq; collimatione Octantis idcirco qui desideret constitutionem, sit absolvenda, coacta quodam modo videatur; Ideoq; multiplicis usus Octantis nostri declarandi gratia subjiciam aliam perutilem & sibi omnibus aptam, præmissâ prius anguli cuiusq; propositi in gradibus & minutis per Octantem exhibendi doctrinâ, que sic est. Si in proposito angulo alteri ejusdem cruri in directum aptetur Scalæ Basis Versa & reliquo cruri dioptra, tunc dabitur in Limbo à dioptra propositi anguli in gradibus & minutis seu partibus graduum sexagesimis amplitudo vera, si acutus fuerit; aut ejusdem à duobus rectis sive gradibus 180 differentia, si obtusus: sicuti id ex primo & ultimo dimensionis Coactæ casibus innotescit intuitu primo, angulo ad A pro quæ sito adsumpto. Nam in primo casu, ubi acutus est, dabitur in Limbo à dioptra ejusdem vera mensura; In ultimo vero casu cum sit obtusus, dabitur in Limbo à dioptra illius à duobus rectis seu gradibus 180 differentia; Unde & angulus ipse per subductionem dictæ differentiæ à 180 gradibus.

43. Si verò anguli propositi alteri cruri in directum statuatur Scalæ Basis Re- fa, & dioptrareliquo, dabitur in Limbo à dioptra ejusdem à Recto, hoc est, gradibus 90 differentia, si acutus fuerit; aut supra Rectum excessus, si obtusus; uti id ex reliquis secundo & tertio dimensionis Coactæ casibus, angulo ad A irideum considerato, satis clarum quoq; fit. Nam in secundo casu offeretur anguli ad A dicti in Limbo à Recto seu 90 gradibus differentia sive defectus; ac proinde & angulus ipse per illius subtractionem à 90 gradibus. In casu tertio vero exhibetur anguli ad A propositi, cum obtusus sit, supra Rectum seu 90 gradus excessus; Ideoque & ipse per inventi excessus ad 90 gradus additionem.

44. Et anguli cuiusq; per Octantem inventio sic est; Sequitur ergo longitudini sive distantia è quovis situ obliqua pro collimatione secunda dato mensuranda ratio altera, jam promissa; reductione propositi trianguli obliquanguli quæ ad

O C T A N T I S

ad duo rectangula mediante, perficitur sic. Invento per præcedentem doctrinam
 è loco Mensoris, ut altero distantia mensurandæ termino, Exempli caussâ A , an-
 gulo , sub quo reliquis terminus B & situs stationis secundæ datus C apparet,
 nimisrum B AC, accedatur deinde cum Octante, ad situm C , inquiraturq; ex eo
 ad utrumq; distantia propositæ terminorum A & B collimando , angulus A CB ,
 quo priori B AC addito , dematur inventa summa à duobus rectis, hoc est , 180
 gradibus ; & producetur angulus ABC tertius . Sumpto deinde inter termi-
 num A sive stationem primam & C secundam notâ aliquâ mensurâ interstitio




AC , ap-

AC, applicetur dioptera prioribus Limbi partibus in prima scilicet pro angulo BAC investigando collimatione oblatis, numereturq; tunc in ea intervallum AC, ac offeret Scalæ Basis angulo in Octante ipsi BAC æquali opposita perpendicularis à dicto situ C ad propositam AB distantiam imaginatione ductæ in assumpta mensura longitudinem CD, & reliqua Basis, eidem adjacens angulo perpendicularis dictæ à loco Mensoris distantiam AD. Inde à dioptra cum altera Scalæ Base angulo ipsi ABC æquali formato, instituatur debito modo cum inventa jam perpendiculari CD in Scalam ingressus, querendo in ejusdem Base dicto angulo opposita partes ipsi CD debitas, ac Basis reliqua dabit in assumpta mensura perpendicularis CD à termino B proposito distantiam BD; cui pro AB desiderata distantia addenda est distantia AD si locus secundæ collimationis C datus fuerit sub angulo acuto; alias demenda, si sub obtuso.

45. Atq; ita loco secundæ stationis quoquomodo oblato metiri licet Latitudines fluminum, vallium, fossarum, rerumq; quarumlibet à loco Mensoris distantias; nec quicquam interest sive distantia mensuranda sit ad Horizontem Parallelam sive obliquam, modo in utraq; collimatione Octans eidem rite applicetur.


46. Sit igitur majoris evidentiæ gratiâ investiganda distantia loci Mensoris A ab E summo montis objecti vertice. Octans itaq; in A ita adaptetur, ut Scalæ Base Recta subjecto solo existente Parallelâ per reliquam Basem Versam dictus conspicî possit vertex E, & per Basem Rectam signo quoipam pro loco stationis secundæ [facilioris & expeditioris operationis ergo in quaenam, distantia merienda collumatio prima pro loco secunda alterutram partem versus sub recto semper instituatur angulo, nisi planæ loci repugnet natura] dextram versus notato I, ponatur Octans in I ita ut per eandem Basem Rectam terminus A & per dioptram vertex E respiciatur, & facto cum distantia AI in Scalam, solito in dimensione Libera more, ingressu habebitur à Scalæ Base Versa distantia AE nota.

47. Cognitâ jam Obliquâ Verticis in monte proposito à loco Mensoris distantia verâ, haud difficilis erit ejusdem supra Mensoris Horizontem altitudinis & distantiae Horizontalis dimensio. Nam decenti Scalæ Base illic ad perpendicularum constitutâ, observetur per dioptram idem in montis propositi vertice punctum, ac in dioptra distantia Mensoris à dicto vertice obliquâ numerata dabit Scalæ Basis ad Horizontem perpendicularis veram verticis istius supra Mensoris oculum altitudinem; uti Horizontalem distantiam Basis reliqua; quæ res in fodiendis metallis & cuniculis subterraneis agendis usum insignem præstat.



48. Inde oblato acumine turrīs, obelisci, palatii aut alterius ædificii, ad quod si à loco stationis rectā nec accedendi, nec retrocedendi, sed ad alterum latus tandem recedendi aliqua fuerit concessā facultas, ejusdem tum altitudo, tum distan-
tia Horizontalis indagari etiam poterit.

49. Et sola hac mediante ratione vallis alicujus profunditatē metiri opti-
mè licebit. Sit Exempli loco, vallis ABC cuius profunditas situs Mensoris ad A
respectu ad mensurandum proposita BC. Collectā itaq; distantia obliqua seu in-
clinata AB, disponatur, centro ad te converso, debita Scale Basis, Recta nimi-
rum ad perpendicularum, & per dioptram termino B adsumpto denuo conspecto,
numeretur in dioptra distantia AB & dabitur ab eadem Base Recta, ad perpendi-
culum adhibita, BC profunditas desiderata.




50. Et tantum etiam de Longitudine sive distantia cum Horizontali tum Inclinata sive obliqua mensuranda; nunc paucis etiam de Latitudine sive transversa recta quacunq; è quo cuq; Mensoris situ per Octantem cognoscenda.

51. Latitudinis igitur sive transversæ lineæ cujusq; è quovis Mensoris situ dimensio sic est. Inventis per 34 aut 44 p. hujus in usitata Mensura à loco Mensoris ad utrumq; Latitudinis propositæ terminum distantias, observeretur angulus ab iisdem ceu lateribus inclusus; & numerata in Dioptra distantia minore, si inæquales fuerint, ut plerumq; sunt, exhibebit Scalæ Basis dicto angulo opposita perpendiculari imaginatione à termino latitudinis propiore ad distantiam maiorem emissam, & reliqua Basis, eidem scilicet adjacens angulo, dictæ perpendiculari à loco Mensoris intervallum in assumpta Mensura. Quod intervallum distantæ deinde dematur majori, si dictus angulus fuerit acutus; alias eidem addatur, si obtusus; & habebitur distantia perpendicularis à reliquo mensurandæ latitudinis termino scilicet remotore; cum qua & eadem jam inventa perpendiculari de-
mum instituatur in Scalam ingressus, numerando ex iisdem partes majoris in Base

O C T A N T I S

Verba & in contermino in Scala gradu partes minoris, & dioptra ritè admota nostra faciet propositam in Mensura proposita Latitudinem.

52. Esto ergò mensuranda in sublimi proposita latitudo sive transversa recta BC è situ in planicie dato A , cuius ab utroq; B & C termino distantia jam sit nota, verbigratiæ AB minor ulnarum 109 & AC major ulnarum 116 ac angulus BAC inventus graduum 33 & minutorum 24. Numerata itaq; in dioptra sub invento BAC angulo distantia AB minori in data mensura , dabis Scale Basis Recta ut dicto angulo opposita , perpendicularem BD ulnarum 60 , & reliqua eidem adjacens scilicet Basis versa segmentum sive intervallum AD ulnarum 91 , quibus à 116 ulnis,cum BAC propositus



angul.


U S U S G E O M E T R I C U S.

*angulus sit acutus, sublatiis relinquuntur pro DC intervallo ulnae 25. Vnde in Scala Basi
Versa 60 partibus pro BD perpendiculari & in contermino gradu pro DC partibus 25
sumptis, offeret dioptra pro BC latitudine ignota ulnas 65.*

53. Quod si forte utriusq; mensurandæ latitudinis termini à dato Mensoris
situ distantia inventa fuerit æqualis, tunc numeranda ea est in dioptra cum alte-
ra Scalæ Base semisseim anguli sub quo proposita latitudo in dato appareat situ
constituente, & reliqua Basis eidem semissi opposita dabit in assunta mensura
semisseim desiderata latitudinis: Unde per duplicationem tota Latitudo quæsita
manifesta erit.

54. Corollarii loco non gravabor Latitudinis è quovis etiam in planicie situ
dato mensurandæ Mechanicam subjungere rationem; quæ uno eodemq; labore
tum propositam latitudinem, tum Mensoris ab utroq; eiusdem termino exhibe-
at distantiam, per æquale nimurum triangulum hoc pacto. Facta anguli sub quo
latitudo proposita visui Mensoris in dato offeratur situ, observatione, retroceda-
tur utrinq; recto itaere donec sub semisse dicti anguli eadem cernatur latitudo
ac bini inspectionum termini acquisiti distabunt ab invicem Latitudinis proposi-
tæ intervallo; à situ Mensoris v. dato cum terminis latitudinis æuali.

55. Exemplum. Sit ex dato in planicie situ A ad mensurandum proposita
transversa recta EI, propugnaculorum E & I inter se quæ referat distantiam. An-
gulo itaq;, sub quo EI in dato appareat situ A, nimurum EAI graduum Exempli
causâ 98 invento, retroeatur utrinq; in directum ipsi AE & AI donec sub an-
gulo graduum 49, prioris scilicet semisse, iterum cernatur EI, quod fiat in O &
U ac interstitium O U per mensurationem usitatam notum notam reddet de-
sideratam EI propugnaculorum propositorum à se invicem distantiam;
uti & AO propugnaculi E à situ Mensoris A & AU propugnaculi I ab eo-
dem situ A intercapedinem. Operationis ratio ex schemate satis clara est. Nam
cum in triangulo AIU angulus ad U dimidiatur ipsius EAI exterioris utrumq; ad
U & I æquantis, æquabitur inde dictus ad U reliquo ad I; ac proinde & latus AU
ipsi AI erit æquale. Quare cum ratione eadem AO æquetur AE æquabitur
& OU ipsi EI ob æqualitatem angulorum oppositorum scilicet ad A vertica-
lum.



56. Atq; hac ratione dimetiri licet locorum quorumlibet à se invicem interstitia sive distantias. Qua de re in parte tertia hujus plura.

57. Et si ob imminentis periculum dimensionis ratio alia adhiberi possit nulla, ita pontium scalarumve, quæ ad urbis aut castri aliquius mœnia descendendum sufficientis sint magnitudinis, quantitates explorabimus commodè.

Et tantum etiam de Latitudine.

OCTAN-

OCTANTIS
Uſus Geometrici pars secunda.

D E

Libratione.

I.

ABSOLUTA Lineæ Rectæ, id est, longitudinis, latitudinis & altitudinis sive profunditatis dimensione; Librationis rationem ad ducendas aquas summoperē necessariam declarandam jam suscipiam.

2. Libratio est cerra & expedita inter quævis in superficie terræ oblata loca, distantia à centro ejusdem respectu, collationis instituendæ via.

3. Locus enim ille minus aut magis altus esse dicitur, qui plus minusve à centro terræ distat.

4. Ut in proposito v. Librationis negotio progrediamur feliciter, scire expedit primum Terram seu potius molem istam ex terra & aqua constantem ad sensum esse rotundam sive globosam; Indeq; rectam, quam Librantem seu Libræ vocabimus lineam, ejusdem peripheriam in unico tantum, in quo Octans alterutra Scalæ suæ Base ad perpendicularm ac proin reliquâ ad Libellam positus, contingere puncto; eandemq; tanto magis extremitate sua à terræ peripheria recedere, quanto longius protensa fuerit, & quidem ita ut in 1000 passibus differentia inter dictam Librantem seu Libræ lineam & ambitum orbemq; terræ pendis ferè æquet dodrantem; docente sic calculo, si pro Terræ ambitu 5400 Germanica numerentur Milliaria.

5. Inde fit perspicuum, quod experientia etiam comprobat, ut si quis sulco aquam ducere velit, aqua non moveatur nisi in singulis passuum millibus integro pede fuerit depressior quam locus à quo primus fulcus cœperit fieri; qui locus à Jurisperitis Incile dicitur ab incisione illa prima, quæ fit aquæ derivandæ caussa; scuti locus, quo ducenda est aqua, Emissarium vocatur.

6. Proximum deinde est spectare num inter proposita libranda loca, inter caput scilicet aquæ, si fons fuerit, vel Incile & Emissarium planities sit, qua ducenda est aqua; id est, num ab Incili aut à capite aquæ intueri liceat Emissarium, vel non?

7. Silecat, considerandum porro est, num distent inter se intervallo magno vel parvo.


8. Si

O C T A N T I S

8. Si non liceat intueri ex capite aquæ Emissarium, ob montis alicujus interjectum, videndum est num signum in eo haberi possit, cuius prospectus ex utroque Librando loco pateat, necne?

9. Quibus sic prælibatis, si loca ad librandum proposita, inter quæ aliqua existat planities, parvo intervallo, 100 passus vix quod excedat, disjuncta fuerint; constituantur in iisdem, Octantis Subsidio, duo baculi æque alti perpendiculariter, & applicetur illi baculo, qui tuo arbitratu in loco editiori constitutus, Octans ita ut Versa Scalæ Basæ ipsi adhærente per reliquam, nimirum Basem Rectam summitas alterius baculi conspici possit, ac baculi adsumpti, inter ejusdem summitatem & Mensoris oculum admotum seu Scalæ Basæ Rectam portio intercepta producet quæsitam propositorum locorum altitudinis differentiam.

10. Exemplum. Sint libranda loca A & B, id est, si perquirendum uter horum altior sit & quanta mensurâ aliqua nota. Constitutis igitur in A & B, ad perpendicularium baculis duobus equalibus AC & BD, aptetur ei, qui in B utpote editiore positus est longiorum BD, ad amissim Scale Basæ Versa ita ut per reliquam Basem Rectam radius visivus missus attingat apicem baculi AC, ac baculi BD portio DE per mensurationem nota manifestabit differentiam altitudinis desideratam, quâ locus B superet reliquum A.



USUS GEOMETRICUS.

11. Si vero maxime ab invicem distiterint proposita Librandaloca, inter quæ aliqua, licet non undiq; æquabilis, sit planities, iterentur modicis intervallis collimationes. Ita enim si et ut minus à flexo tertæ ambitu directio abscedat: Unde & Libratio exquisitorerit. Contra vero quod fiant collimationes per spacia longiora sine correctione, eò minus certa ea erit ac justa.

12. Sint duo loca maxime ab invicem disjuncta ad librandum proposita A & E, hoc est, oporteat cognoscere uer horum inferiorum possideat locum. Affixo itaq; baculo in situ A ad perpendiculari eligatur versus E sicut aliis in I, ab A passus 100 vel circiter distans, & altitudinis differentia modo prescripto inventa. Exempli cauſā qua sit pedis unius; eligatur in directum ipsi E sicut O, in quo baculo priore rite collocato, perpendiculariter eodem modo situs I ad situm O habitudo, & ponatur sicut O superari à situ I semipedie. Unde manifestum fit situm O depresso rem esse situ primo in A dato sesquipede. Dehinc sumatur situ V, quo cum situ O collato deprehenditur dictus situ V altior esse situ O tribus pedibus: cum situ E v. collatione facta elicetur idem altior situ E quadrante pedis; ac proinde situ O depresso erit situ E pedibus duobus cum $\frac{3}{4}$.

Quare sublato sesquipede à pedibus duobus cum $\frac{3}{4}$ relinquitur pes unus cum $\frac{1}{4}$. Unde concludo situm E superare sicut Apede uno cum $\frac{1}{4}$; atq; id est ... sicut E in locum A commode duci posse.



O C T A N T I S

tio fiat, si montis alicujus positio inter loca intercedat libranda, & primum si in eo signum aliquod offeratur, ex utroq; loco proposito conspici quod possit, declarabitur.


14. Signi itaq; in proposito monte dati, ab utroq; loco librando cerni quod possit, inquiratur per 27 aut 47 pos. partis primæ hujus supra utruinq; locum propositum altitudo, & collatione factâ, altitudine scilicet minore de majore detrac-tâ, differentia altitudinis propositorum locorum nota erit.

15. Sint ad Libram revocanda proposita A & B loca, mediante signo in cacumine montis dato C ex utroq; loco librando A & B conspicuo. Ut vero hac Librationis ratio planior tibi fiat, concipias animo rectam à dato C signo centrum terra versus demissam Horizonte Parallelas ex utroq; loco librando eductas intersecare in duobus punctis inter-vallo quesita altitudinis differentie inter se distantibus, qua sunt D & E. Vnde per alteru-tram jam allegatam partis prima hujus positionem altitudinibus CD & CE exacte in-ventis, inventa atq; nota quoq; erit per subductionem minoris à majore quantitas DE, de-siderata scilicet propositorum locorum A & B altitudinis differentia.



U S U S G E O M E T R I C U S.

16. Denegato u. in monte interposito signo aliquo Communi, id est, ex h[ab]itato A & Bloco librando conspicuo, eligantur in eo ad placitum signa duo quovis interstitio à se in-
vicem disjuncta, ita tamen ut unum ex uno propositorum locorum & alterum ex altero
ternatur, uti sint C & D, ac inventa per 9 aut 10 p. h[ab]itus signi C super reliquum D altitu-
dine, conferatur residua signi C, respectu loci A, altitudo scilicet EF cum DG altitudine
signi D super locum B, subducendo minorem de majore & differentia invenia erit qua-
ta altitudinis, quâ locus A superet reliquum propositum B, quantitas.



F 2 OCTAN-

OCTANTIS
Uſus Geometrici pars tertia.

D E

Superficiei planæ in charta deli-
neatione.

I.

Tantum de Libratione; Sequitur Superfi-
ciei cuiusq; planæ describendæ & in charta quapiam secundum veram
proportionem delignandæ negotium; quod commodissimè ab solvi po-
test Octantis transpositione unicâ vel variâ & Indicis Magnetini ope vel sine illo.

2. Primo Indicis Magnetini subsidio & unica Octantis transpositione propo-
ſitum perficietur negotium, obſervando nimicum è duobus ſitibus ſingulo-
rum ſignorum, in depingendæ ſuperficiei ſeſe quæ offerant angulis, à Linea Ma-
gnetina declinationes ſive deviationes hoc modo. In dato ſitu circumducatur
Octans circa centrum ſuum ita, ut Indice Magnetino uni diametrorum Horizon-
tis exquirit̄ congruente aut æquidistantē per dioptram quodlibet ſignorum
Propofitorum conſpici poſſit & numerus graduum ab Indice Magnetino in Ho-
rizonte oſtensus adjiciatur in unaquaq; collimatione gradibus & minutis à dio-
ptra in Limbo oblatis pro desiderata cujusq; ſignia Magnetina Meridiana, habitu
ad ſitum Mensoris respectu, declinatione.

3. Ut evidentius autem diſcentibus tota hæc innotescatres, Exemplu utar
pentagoni ABCDE adpoſiti; quo benè intellecto, qui mediocri ingenio prædi-
ci facile, quomodo in infinitis aliis ſeſe gerere debeant, conjicient.

4. Sit



4. Sit propositum itaq; nobis superficiem propositam ABCDE pentagonam
mediantibus duobus F & G sibibus datis describere ac in aliquam chartam deinceps proportionaliter transferre. Octante igitur primum in situ F modo praescripsi ratio adhibito, pono inventam esse à Linea Magnetina & quidem parte ea Meridiem quā respicit, declinationem signi


	Grad.	Min.		Grad.	Min.		Grad.	Min.
B	36	0		0			36	0
A	127	47		90			37	47
E	243	8	Indice Magne-	225		& Dioptra	18	8
D	270	51	tino in Horiz-	270		in Limbo	0	51 offe-
G	279	28	zonte	270			9	28 renti-
C	332	13		315			17	13 bus-
								5. In

O C T A N T I S

5. In situ G deinde pono Octante itidem mediante, observatam esse à Magnetina linea & parte Meridionali declinationem signi

	Grad.	Min.		Gr.		Grad.	Min.
C	13	52		0		13	52
B	65	23	Indice Magne-	45	& dioptria in	20	23
A	116	11	tino in Hori-	90	Limbo	26	11 Indicā-
E	215	37	zonte	180		35	37 tibus.
D	264	57		225		39	57

6. Peracta hoc pacto omnium signorum in utroq; F & G situ dato observatione & unius cuiusque observationis adnotacione, ad eorundem in charta designationem jam me conferam. Ducta itaq; in charta pro Magnetina linea recta HI, describatur ex punto in ea quovis F occulta circuli peripheria MNO, eaq; dein-



U S U S G E O M E T R I C U S.

de, factò ab M initio, in suos secetur octantes ita, ut primo octanti, sinistrorum progredivendo, gradus adscribantur 45, secundo 90, tertio 135. Sic deinceps; ac singulorum signorum declinationibus, prout in situ F sunt observatae & annotatae. Octantis nostri subsidio, sinistrorum etiam ab M numeratis, per quos singulos numerationis terminos ex centro F rectis indefinite extensis, notisque propriis insigniis, agatur ex eodem F recta occulta situm quo referat collimationis secunda in puncto G , ab F quovis intervalllo distante, per quod Magnetina H duæ KL Parallelæ & descriptæ ex puncto G circulo PQR delectili, inquæ suos octantes rite distributo, suppontentur eorundem signorum declinationes in situ G inventæ, sinistrorum itidem à P versus Q & recta occulta per singula suppontationis puncta ex centro G , quoniam priores, quas decet, attingant sive secant, protracta verum signorum A, B, C, D, E , sium in ipsis sectionum punctis reperientur; arg, ideo iusdem convenienti modo lineis rectis connexis, superficies proposita in charta proportionaliter designata erit.

7. Deinde sine Indice Magnetino idem efficietur, ordine notando utramlibet partem versus dextram aut sinistram, facto ubicunque libuerit initio per 42 & 43 pos. partis primæ hujus singulos angulos sub quibus eadem A, B, C, D, E , signa in datis F & G sicibus visui objiciantur Mensoris.

8. Sit proposita itaque $ABCDE$ superficies pentagona absque Indicis Magnetini auxilio mediantibus itidem duobus F & G sitibus denuo depingenda. Statuo ergo in situ F , initio à B sumpto, proposita signa hisce sub angulis, dextorum progredivendo, fuisse conspecta; nimirum

		Grad.	Min.
B	C	63	47
C	G	52	45
G	&	8	37
D	E	27	43
E	A	115	21

9. In situ vero G , ordiendo ab F pono collimationem factam signorum

		Grad.	Min.
F	B	34	5
B	&	51	31
C	D	108	55
D	E	49	20
E	A	99	26.

10. Ut exquisitus nunc & facilius designationis peragatur ratio simulque veritas institutarum collimationum conspicatur, angulos propositorum signorum in utroque situ F & G sic inventos continue adde; per additionem collectos deinde eodem

O C T A N T I S


eodem ordine ex utroque F & G situ dato per Octantem diligentissime etiam inquire. Quod si utrobique in gradibus & minutis per additionem scilicet & observationem pro qualibet angulo repertis convenientia est, tunc utriusque observationis veritas inde satis elucet. Ut ex additis in situ F sub gradibus 63 & minutis 47 itemque sub gradibus 52 & min. 45 conspectis angulis efficitur angulus, sub quo signum B & situs G in eodem appareant situ F, graduum 116 & minut. 32. Jam ergo si ab Octante in situ F constituto tot graduum & minutum idem inventus fuerit angulus, certum est angulos hosce tres ite observato esse. Idem iudicium de reliquis. Si vero ultra minuta tria reperiatur differentia, collimatio pro singulis ad errorem producendum denuo iteranda est.

11. Do itaq; cum per observationem tam per predictam continuam collectionem inventum esse angulum, quem conformet in situ

	Gr.	Min.
C	63	47
G	116	32
D	125	9
E	152	52
A	268	13
B	34	5
C	85	36

F signum B cum	G cum situ F signum	
D	194	31
E	243	51
A	343	17

12. Angulis hisce ad trutinam Veritatis sic revocatis, designetur in charta superficie punctum F, quid locis prima collimationis vicem gerat, & ex eo tanquam centro describatur justa magnitudinis circulus occulus, in cuius peripheria, riuè in suos octantes sive sextantes prius settæ, numerentur, scilicet ubi cum libuerit in initio, dextrorum progrediendo quantitates angulorum eo ordine, quo in precedentibus tabula adnotati atq; in situ F observati sunt, & quidem Octante nostro mediante, excessum nimirum supra singulos sextantes aut octantes addendo, aut infra eosdem defectum demendo, ac per singula numerata puncta è centro Frectis occultis indefinitè eductis, notis que propriis signatis, sumatur in ea qua situm exhibeat signi G pro secunda collimatione dati ad quamcumq; distantiam punctum G, quo facto centro, delineatur rursus circulus delectus, priori aequalis, & ab FG ordiendo numerentur istidem dextrorum reliquorum angulorum discrimina, in situ G adnotata, ac expuncto G per terminos numerationis emittantur rectæ occultæ usq; dum priores, quas decet, secent; & sectionum punctis inventis dabunt verum signorum propositorum situm; ideoq; iisdem decenter rectis coniunctis lineis, superficies ABCDE proposita denuo in charta secundum debitam proportionem depicta erit.



13. Ethinc per facilis est Regionis aut terræ tractus alicujus juxta veram constitutionem urbium, villatum, montium, vallium, fluminum, & aliarum in eo contentarum rerum notabilium descriptio; hoc saltem observato, ut singula describenda loca bis in conspectum veniant, sive id fiat mediantibus sitibus sive stationibus duabus sive pluribus.

14. Multum conducit etiam utraq; jam tradita superficie planæ in charta depingendæ ratio ad facile & celeriter mensurandum retum quatuorcumq; tum à se invicem, tum à loco Mensoris distantias. Distributo enim in charta intersticio inter bina Inspectionum signa in partes debitas, statim innotescet circini subsidio quantum quæque proposita loca tum à se invicem, tum ab utroque Mensoris situ distent.


15. Tertiò Ostantis translatione varia & Indice Magnetino directore producetur idem effectus, ordine scilicet exquitendo per 2 p. hñjus sumpro ubicunq; libuerit initio, laterum oblatam superficiem efformantium, certaq; mensurâ rotorum à linea Magnetina declinationes.

16. Sit constitutum propositæ ABCDE pentagoræ superficie iustam delineatio-

O C T A N T I S

Navigationem terria via ac ratione in charta aliqua perficere. Quare Octante apte
constituto in situ

		Grad.	Min.	Pertic.
A	constituo inventam	AB	345	26
B	esse à Linea Magne-	BC	286	20
C	tina declinationem	CD	233	30
D	Lateris	DE	143	16
E		EA	90	40



27. Res sic confecta, ac Scalà partium pro communi mensura, usitato more, parata
ducatur in charta indefinite linea recta occulta FG, que referat lineam Magnetinam per
A transseuntem & in ea puncto A pro centro Horizontis adsignato describatur justo in-
tervallo circulns delesilis HIKL pro Horizonte, in cuius ambitu deinde numerentur
ODAR

U S U S G E O M E T R I C U S.

Octantis itidem nostri beneficio, inchoando à puncto H sinistrorum versus 1 gradus 34 $\frac{1}{2}$
 & minuta 45, vel quod idem est ab eodem H dextrorum gradus 14 & minuta 15, us
 ad 360 gradus seu integrum circulum complementum, ac per numerationis terminum ex
 -1 ad intervallum in apposita Scala partium tanquam perticarum 26 rectâ AB eductâ,
 agatur per terminum B rectâ FG parallela MN pro Magnetina linea per B fluente, ac
 circulo O P Q R sub centro B designato supputentur ab O versus P sinistrorum etiam
 gradus 286 & minuta 16 pro declinatione lateris BC, vel ab O versus R dextrorum gra-
 dus 73 & minuta 44 pro ejusdem ad 360 gradus complemto, & per finem supputationis
 extendatur ad intercedinem dictâ Scala partium 20 ex termino B rectâ BC, ac tercio
 per terminum C linea Magnetina ac descriteq; Horizonte numerentur in eomo re sapis-
 us expresso gradus cum adherentibus minutis declinationis lateris CD in C observata
 scilicet gradus 233 cum minutis 8, perq; numerationis terminum è centro C emitatur
 pro CD latere ad intervallum in Scala partium 30 linea CD rectâ. Et hoc eodem processu
 reliqua designentur latera, atq; sic demum verius quoq; superficies adsumpta in charta
 adsumpta procreabitur typus.

18. Ubi notandum, quod si probè operatus fueris, tunc ultimæ rectæ ex ulti-
 mo situ E per 90 declinationis gradum ad intervallum Scalæ adhibitæ partium
 40 extensæ terminus reliquus cum dato A primæ exquisitæ coincidet; si minus,
 error est commissus. Delineationis itaq; ratio denuo iteretur, præsertim si de ve-
 ritate observationis & habitæ dimensionis constet.

19. Et hoc artificio mediante non solum Urbes, & divisorum bases, sylvas,
 hortos, lacus, & id genus loca alia, modo per cuiusque ambitum libera pateat
 deambulatio, in charta describere, navigationes, & quasvis alias profectiones ter-
 restres, cognita inter lineam Magnetinam & Meridianam loci propositi differen-
 tiâ, instituere, Cuniculos subterraneos producere, sub quo terciæ loco fossa re-
 periantur metalla ostendere; sed vicissim, castra, propugnacula, fortalitia & isti-
 usmodi alia in charta designata, habitâ ratione cœli & plagarum Mundi locate
 atq; exstruere, aliaq; plura præstare licet, quæ Lectorem studiosum docebit usus
 terum omnium Magister optimus.

20. Quartâ & ultimo Octantis transpositione varia & absq; Indice Magne-
 tino expedietur negotium propositum, diligentissime scilicet superficie data la-
 tera usitatâ aliquâ mensurâ metiendo, singulosq; angulos, quos bina constituant
 latera contermina, per 42 & 43 pos. partis primæ hujus in gradibus & minutis ex-
 plorando.

21. Sit igitur oblatæ ABCDE superficie pentagonæ forma vice ac via quartain


O C T A N T I S

ta in charta designanda. Pono itaq; per Octantem inventos esse angulos nimirum
Grad. Min.

			Pertic.
A B C	120	31	A B 26
B C D	116	52	B C 20
C D E	90	0	& latera per mensura-
D E A	126	52	tionem nota scilicet C D 30
E A B	75	45	D E 16
			E A 40

¶ 22. His ita constitutis, antequam ad delineationem accedam, operæ precium erit docere qua ratione Examen sive *δοκιμασία* de adnotatis angulis instituenda sit. Ita ergo agatur: Numerus laterum propositi cujusq; plani supra binarium multiplicetur per 180 & producetur summa omnium observatorum angulorum. Ut in hoc Exemplo sunt quinque latera; Ideoq; 180 per 3, utpote inter 5 & 1 differentiam, multiplicatis fiunt 540. Et tanta quoq; est summa angulorum adnotatorum. Rite igitur per Octantem eorundem observatio peracta est.

23. Examine sic instituto, ducatur ad placitum in charta recta pro quovis superficie proposita latere, Exempli causâ, pro latere AE ad intervallum in Scala usitata partium, tanquam perticatum, 40 extensa, quæ signetur AE, & sub centro



U S U S G E O M E T R I C U S.

A radio quocunq; , integro circulo vel circuli tantum segmento , pro Horizonte descripto FG , numerentur in eo initio ab F facto versus G gradus 75 & minuta 45 , id est gradus supra sextantem residui 15 cum dictis 45 minutis , pro angulo ad A conformando ac per terminum numerationis ex A ad intervallum partium in Scala 26 recta AB emissâ , fiat centro B radio BH , ipsi AF æquali , circuli arcus HI in quo ab H ordiendo numerentur versus I gradus 120 & minuta 31 id est supra duos sextantes minuta 31 , extendaturq; per finem numerationis è termino B linea BC partes in Scala quæ contineat 20 pro angulo ad B designando ; atque ita omnibus angulis exhibitis via ac vice quarta situs propositæ superficiei ritè constabit .

24. Quod si demum recta ex puncto D sub angulo recto sive gradibus 90 ad 16 in Scala partium longitudinem extensa terminum E exquisitè attigerit , angulum in eo grad. 126 & min. 52 , ipsi scilicet ad C æqualem , constituendo , tercito operatum esse scias ; sin secus , designationis rationem de novo iteres oportet .

25. Et hoc modo etiam utendum est in describendis Urbibus , ædificiorum areis , sylvis , hortis , castris , fortalitiis & locis aliis ; modo per cujusque perimetrum tuto deambulatio institui possit .

O C T A N T I S

Usus Geometrici pars quarta & ultima

D E

*Superficiei planæ dimensione &
divisione.*

I.

A C T E N U S etiam de superficiei planæ dispositione ac situ explorando atque in chartam inferendo satis sit dictum ; nunc ordinis ratio exigit , ut ejusdem usitatam dimensionem & divisionem breviter pro more nostro perstringamus .

2. Planis enim mensurandi & secundum quamcunque rationem datam dividendi


O C T A N T I S

Dendi facultas plurimum Rempublicam juvat, hominemq; animat, foveatque dum suum unicuiq; reddit integrum partiendo atque metiendo agros, vineta, sylvas, hortos, lacus. Item aedificiorum sola & spacia alia.

3. Usitataam superficie planæ dimensionem voco eam, quæ per rectangula cum Triangula rùm Quadrangula absolvitur.

4. Etsi verò triangulum rectangulum figurarum planarum omnium, ratione analyseos, sit primum & præcipuum, tamen per se & vi suarum proprietatum sub mensuram non cadit, sed quatenus cum Quadrangulo rectangulo cruribus circa rectum æquali, cuius dimidium existit, confertur.

5. Inde noto rectangulo Quadrangulo notum quoq; erit per dimidiationem triangulum, eidem cruribus circa rectum quod æquetur. Fit autem notum Quadrangulum rectangulum quodvis ex multiplicatione binorum inter se circa rectum laterum. Ut sit Quadranguli rectanguli ABCD latus AD perticarum 6 & AB perticarum 4. Multiplicatis ergo 6 per 4 fiunt 24. Area itaq; propositi ABCD rectanguli Parallelogrammi erit perticarum quadratarum, Germanice Gevierde oder Kreuzflüthen 24, ac proinde trianguli EFG rectanguli, cum æqualibus circa rectum cum proposito ABCD quadrangulo rectangulo constet cruribus, area perticarum earundem 12.



6. Pro trianguli itaq; rectanguli area crura circa rectum angulum inter se sunt multiplicanda, productumq; deinde dimidiandum. Sed dicto citius producetur trianguli rectanguli area multiplicando circa rectum crus alterum in reliqui se missum.


missem. Ut in proposito Exemplio multiplicato crure EF perticatum quod est $\frac{1}{4}$ in reliqui FG semissem pertic. 3, vel crure FG perticatum $\frac{1}{6}$ in semissem EF pertic. 2 ducto, sit itidem utrobiq; area trianguli EFG propositi perticatum quadratarum 12.

7. Et hoc compendio ut etiam convenit in mensurando triangulo obliquangulo quoconque. Nam ducta ad latus pro base adsumptum ex opposito angulo perpendiculari, propositum triangulum in duo rectangula dislocatum erit; Ideoq; area totius habebitur per multiplicationem basos in semissem perpendicularis vel perpendicularis in semissem basos.

8. Accurata autem opus est tam in perpendiculari quam in base trianguli mensuranda animadversione. Particula enim quantumvis minima in alterutris investigatione neglecta, haud levem interdum in area producenda gignit errorum.

9. Perpendicularis igitur quæcunq; in triangulo obliquangulo quoconque duci, indeque exactè in data mensura sumi ut possit, observetur per 42 aut 43 partis primæ hujus, alteruter basi qui adjacet angulus, accedaturq; deinde cum Octante ad apicem trianguli, ex quo notetur in base sub observati jam anguli ad Rectum seu gradus 90 complemento à latere, eundem cum base includente angulum observatum, signum aliquod minimum, ad quod ab ipso apice recta ducta, exquisiteq; mensurata, perpendicularis desideratam producit quantitatem.

10. Ut sit ad mensurandum propositum pratum trilaterum obliquangulum ABC. Latere itaq; AC pro base assumpto & angulo ad A ipsi adjacente grad. 50 & min. 17 invento, statuatur Octans in B trianguli propositi apice ita, ut sub angulo graduum 39 & min. 43, priori scilicet ad A à 90 gradibus compleimento, à latere AB in dicta AC base conspicatur signum D, at recta BD quaesita erit perpendicularis, qua per mensurationem accuratam inventa decur perticarum 40 & basis AC perticarum 50. Unde per 7 hujus multiplicatis 40 per 25 semissem basos, vel 50 per 20 semiss. perpendicularis provenit area propositi prati ABC trilateri perticarum quadratarum 1000; qua secundum Varronem, qui Jugerum in Morgenlandis 1 quantum par boum una die arat, longum esse ait pedes 240 & latum pedes 120, constituent, si pertica adhibita ponatur 15 pedes longa, jugera 7 $\frac{13}{16}$.



11. Mechanice procedendo vero per Octantem in quovis triangulo perpendiculari-
cularem commode investigabis ita. In latere pro base adsumpto AC cum Octante
hinc inde progredere donec Scalæ Base Versa ipsi AC ad amissim congruente aut
æquidistante, per reliquam Basem scilicet Rectam verticem B videoas ac distantia
inter oculum tuum dictæ Scalæ Basi admotum & dictum verticem B, scilicet inter
B & D per mensurationem nota notam quoq; reddet qualitati perpendicularis
longitudinem.

12. His ita perceptis, quæcunque superficies plana rectilinea ad mensurandum proposita in quo opus fuerit triangula resolvatur, & sigillatim eorum quantitate perspectâ, totius area per collectionem sive additionem nota erit.

13. Sit nunc propositæ in tertia hujus parte superficie ABCDE pentagonæ area seu quantitas in daga etiam. Ex quovis itaq; dictæ ABCDE superficie angulo, Exempli gratia ex E, in reliquos B & C rectis EB, EC cogitatione emissis, resoluta tunc ea erit in tria, angulorum respectu, diversa triangula, scilicet in CDE Rectangulum, BCE obtusangulum & ABE acutangulum; ac recta BE perticas longæ pro communī base adsumptâ, ponatur per 9 aut 10 p. hujus inventa perpendicularis AF perticarum 24 & CG perticarum 16. Unde per 7 pos. area trianguli ABE

USUS GEOMETRICUS.

ABE acutanguli perticarum erit quadratarum 50 4, obtusanguli BCE perticarum earundem 336 & CDE rectanguli, cum illius crus circa rectum longius CD sit perticarum 30 & reliquum DE pertic. 16, perticarum quadratarum per 6 hujus 240; atque ideo per additionem area totius ABCDE superficieis propositae proveniet pertic. quadrat. 1080; quibus respondeant Jugera $8 \frac{7}{16}$.



14. Examen vero sive probationem de area producta institui si quis, Veritatis ergo, desideret; tunc proposita superficies in alia diversa resolvatur triangula, ac omnium areis debito modo collectis, si eadem, quæ ante, prolata fuerit summa, clara & testata res est; si secus, dimensio de novo iteranda est tota.
15. Et si in ambitu mensurandæ superficie curva aliqua reperiatur portio, se-
cunda

O C T A N T I S


canda ea est in tot partes, donec à rectis lineis insensibiliter differant, atq; iisdem pro rectis assumptis, procedatur secundum doctrinam ad 12 pos. hujus ostensam.

16. Et tantum de superficie planæ rectilineæ dimensione usitata; nunc paucisctiam de eiusdem usitata, modo tamen haud usitato, divisione.

17. Divisio usitata superficiei planæ rectilineæ est, quæ sit sub ratione quacunq; possibili data per punctum, in angulo aut latere aliquo vel extra datum, rectam unicam aut plures ducendo, aut uni laterum paralleliter agendo.

18. Ut autem propositum hoc Divisionis negotium exactius ac citra omnem ferè laborem expeditissimè cognosci atque ad usum sive praxin revocari à quovis possit, casus priores duos, ubi nimirum punctum, per quod instituatur divisio, furerit in vertice alicujus anguli aut latere aliquo datum, in triangula & quadrangula areis primùm declarabo, certaq; demonstratione firmabo & quo illustrior evadat processus, in pentagona etiam, hactenus adhibita, area ad praxin applicabo; post fundamentis sic quasi jactis, reliquos casus paucis ordine subiungetur.


19. Sit igitur primum triangula ABC area data ē vertice arguli ad B, Exempli causa, pro tribus cohaeredibus in tres partes æquales rectis secunda lineis. Quod



USUS GEOMETRICUS.

re latere AC , dato scilicet angulo ad B opposito, tanquam base, in tres partes in punctis E & F secto, connectantur dicta sectionum puncta cum vertice B rectis BE , BF ac divisori vi propos. 38. lib. 1. Eclid. rite peracta erit.


20. Sit deinde eadem ABC area triangula ex punto sive signo in latere AC dato D , in tres itidem portiones aequas rectis dividenda lineis. Puncto itaq; D datum vereice trianguli B recta BD conjunto, securus latus AC tanquam propositi trianguli basis, secundum rationem dictam in punctis E & F , è quibus ipsi BD mediante Octante nostro, agantur parallela EG & FH , scilicet sub angulo, ipsi BDC aequali, signa G & H notando, ac rectis ex D ad G & H deductis, area proposita ABC ex punto D dato per rectas DG & DH in tres partes secta erit. Nam rectis occulis ex B ad E & F sectionum puncta deductis, triangulum ABC per praece-




Pos. in tria ABE , EBF & FBC triangula aequalia, sive tres trientes differunt erit, ideoq; ex D abscissum $ABGD$ trapezum sive quadrangulum non parallelogrammuni eiusdem trienti, nimirum triangulo ABE aquabitur; cum ex constructione BD & GE sint parallela, & proinde triangula BDE & BDG ,

quippe in communi BD base æquealita, equalia; Unde ob commune $\triangle ABD$ triangulum trapezium $ABGD$ triangulo AER equabatur. Eadem ratione demonstrabatur triangulum DGH aquari triangulo EBF , totius idem $\triangle ABC$ triensi. Nam triangulum DBH aquatur triangulo DBF , quia eidem in communi BD base est aquealum, ideoq₃ DBG & DBE equalibus utring₃ sublati, per communem sententiam DGH triangulum triensi totius EBF aquabitur. Quare & reliquum DHC triangulum triens totius ABC erit. Subductis enim $\frac{2}{3}$ de g₃ relinquuntur $\frac{1}{3}$. Proposita itaq₃ ABC area triangula in tres aquas portiones ex dato D puncto rectis DG & DH secata erit.

21. Et divisio fuit hactenus in triangula area; sequitur jam in quadrangula. Sit igitur quadrangulum non parallelogrammum, trapezium scilicet $ABCK$ primum ex vertice B in tres etiam partes æquales rectis dividendum lineis. Quare, quod & in reliquis rectilineis observabitur omnibus, construatur eidem triangulum aquale & in quantum licet, congruum, recta ex eodem B ad terminum basis K educta ab angulo C ad basem AK , indefinite à K protensam, parallelam scilicet CH ducendo, punctumq₃ H cum dicto B vertice connectendo; Erig₃ triangulum quesumum ABH . Triangulum enim BHK triangulo BCK aquatur, cum eidem ad communem BK basem est aquealum; ac proinde dictum ABH triangulum, trapezio $ABCK$ ob communem ABK triangulum, aquale erit. Trianguli igitur ABH base AH secundum proportionem rationem in tria equalia segmenta in E & F secta, emittantur ex vertice B ad sectiones E & F , recta BE & BF ac res conjecta erit.




22. Sit deinde propositum ABCK trapezium ex puncto in latere, tanquam base, AK dato D itidem in eandem secundum rationem. Per præcedentem itaq; posit. base trianguli, propositum trapezium licet quod æquet congruentia, scilicet AH inventa ac in E & F debito modo secta, jungatur punctum D datum cum vertice B rectâ BD, cui ex E & F agantur, quousq; cum trapezii latere ad verticem B alterutro, urgente necessitate, aliquantulum etiam prolongato concurrant, parallelæ EG & FL ac punctis concursus G & L cum dato D rectis DG, DL connectis, recta DG de toto ABCK trapezio trapezium ABGD, trienti ejusdem, ut parti debitæ, sicuti id ex 20 hujus patet, resecabit æquale, & reliqua DL trapezium D G C M, dicto triente per triangulum CLM minus. Nam triangulum BDL triangulo BDF æquatur, quia eidem ad communem BD basem est æquealtum; Ex constructione enim BD & FL sunt parallelæ. Unde utrinq; æqualibus subductis æquabitur triangulum DGL triangulo BEF, totius ABCK trienti. Trapezium igitur D G C M triente minus est per triangulum CLM. Eidem itaque addatur CLM triangulum ex L ad CK rectam LN ipsi CD parallelam ducendo, punctumq; N cum D rectâ DN conjungendo & divisio ex punto D dato secundum rationem datam absoluta erit.




23. Examinis loco, percommode ita etiam institui potest hæc praxis, si nimirum, de toto parte unâ aut alterâ abscissâ, residuo de novo fiat triangulum æquale & decenter congruum, & peragantur ad præscriptum modum reliqua, æquilibus scilicet spatiis; Parallelographiæ, hoc est, parallelarum descriptionis subsidio, æqualia addendo atq; demendo pro exigente usu. Totius enim præclari hujus artificii fundamentum consistit in sola additione & subductione triangulorum æqualium, sive unum uni, aut pluribus comparetur conjunctim, perficiturq; ut dixi, ope solius Parallelographiæ.

24. Unde perfacilis & expedita planum quodcunq; non ex uno tantummodo signo dato, sed pluribus, secundum datam possibilem rationem dividendi via patet. Veluti sit, majoris commoditatis causa, propositum ABCK trapezium ex duobus D & I signis datis in tres æquales secundum partes. Ideoq; ex signo D per rectam DG uno triente de toto abscislo, biseccetur residuum planum, trapezium nimis DGCK ex I atq; negotium hoc erit confectum. Biseccio autem ex dato signo I instituetur sic. Puncto D pro communi vertice assumpto, producatur ex C latus, tanquam basi, KC quousq; in rectam ex G ipsi DC æquidistantem incidat,



quod fiat in O ac KO in P bise^cto, agatur ex P ipsi DI parallela secans DG in puncto Q, quo cum I signo dato recta IQ connexo, trapezium DGCK per dictam IQ in duo æqualia ac proinde totum ABCK ex datis D & I signis in tria æqualia spatia erit sectum. Ratio ex præmissis patet.

25. Et hinc divisionis etiam in figuris præsertim quadrilateris pulchra elici potest ratio; quæ utendum Examinis ergo, vel maxime si certam ob causam baseos, pro triangulo, proposito quadrilatero æquali & ex altera parte congruo, investigando devenietur continuatio. Ea autem Exemplo fiet perspicua satis. Sit igitur area ABCK quadrilatera ex eodem vertice B in tres partes æquas denuo, veritatis ergo, rectis secunda lineis. Quare recta AC in E & F secundum datam sectionem, agantur ex dictis sectionum punctis ad AK basem usq; ipsi BK parallela EG & FH, ac rectæ ex dato vertice B ad G & H educatae propositam secabunt aream secundum propositam rationem. Veritas operationis ex præmissis etiam fit conspicua.




26. In constitutione Trianguli, quod monuisse juvabit, proposito plano cuius-

cunq;

cunq; quod æquetur , & in quantum licet , congruat , observare ordinem , cùm in omni negotio illius sit vel præcipua vis , maximè decet . Non enim ea uno eodem quæ perficitur momento , sed itur per gradus , & quidem per tot , quot niimirum fuerint proposito plano supra triangulum latera . Exempli gratiâ , si hexagono alicui sit construendum triangulum æquale , tunc per gradus descendendum erit tres , quod hexagonum excedat triangulum ternario . Nam primum eidem fiat per præmissâ æquale pentagonum , factò pentagono deinde æquale tetragonum , & tetragono tandem æquale trigonum .

27. Et de divisione areæ quadrilateræ satis etiam ; sit nunc ad majorem præclos evidentiam pentagona ABCDE area ex vertice C in partes etiam tres æquales rectis dissecanda lineis . Construatur itaq; proposito pentagono æquale & decenter congruum triangulum , cundo per æquale intermedium tetragonum , hoc modo . Agatur ex B ipsi AC parallela quousq; basem AE producetam secet in G , ac vertice C cum puncto G rectâ CG connexo , habebitur tetragonum CGED quæsitum ; cui jam æquale efficietur trigonum , ducendo ex D ad basem AE dextram versus etiam productam , ipsi CE æquidistantem DH , sitq; CGH , ac base GH in tres partes æquales in I & K sectâ , emittantur ex dato vertice C ad I & K rectæ CI & CK , quæ propositam ABCDE aream pentagonam secundum propositam secabunt rationem .

28. Sit deinde eadem ABCDE area pentagona ex signo F in latere , tanquam base , AE dato in eandem secunda rationem . Quare per præcedentem pos. base trianguli CGH propositam aream æquantis , GH in I & K ritè sectâ , ducantur ex dictis sectionum I & K punctis in opposita latera rectæ ipsi CF parallela IL & KM , ac ex F ad L & M rectis FL & FM eductis divisio peracta erit . Demonstratio ex præmissis itidem patet .



O C T A N T I S


29. Atq; de primis duobus Casibus hactenus; ubi nimirum punctum, & quo perficiatur divisio, in aliquo latere aut anguli vertice superficie planæ fuerit datum; nunc de reliquis ordine etiam agam, & quidem Mechanicè. Mechanicis enim Mechanica sufficiat ratio. Nam Geometricam hoc loco, cum operosior sit quam pro instituto, attingere mihi visum non est; quam tamet forte alibi inter alia

pro Exemplo adducam, ubi nimirum, divina aspirante gratia, cum utilissimis ac jucundissimis Conicis meis problematibus, * Clavem mysteriorum Mathematicorum, cuius beneficio nullum non problema, solo Impossibili excepto, Geometricè construere licet, publici juris facturus sum; quo num quid in tota Mathesi utilius aut præstantius dari excogitarivè possit, non video. Utinam ante seculum

unum aut alterum artificium hoc norum, riteq; ad praxin fuisse adhibitum, nullus dubitarem, quin jam dudum præclarissimum Mathematicæ studium ad summum perfectionis culmen, in quantum sperare mortalibus in tanta hac mentis caligine liceat, pervenisset. Quantum temporis & operæ in novis quibusdam per quirendis coeca ac nimium fallax circini ac regulæ facultas, qua antea, Fortunam quasi invocans, usus, mihi perdiderit, non est ut referam; hoc artificio mediante è vestigio, tanquam per speculum imago, problematis propositi quovis patet modo constructio seu designatio.


30. Sed quo rapior? ad reliquam igitur divisionem, ubi punctum non in latere aut anguli vertice, sed in area extravè eandem datum, nunc accedo; quæ quia iisdem planè cum præcedente nititur fundamentis, nullaq; in re alia differt ab eadem, quam quod ibi parallela, quarum subsidio totum hoc conficiatur negotium, Geometricè, hic verò designentur Mechanicè; idcirco in sola area triangula à nobis declarabitur tantum.

31. Sit proposita ergo ABC trilatera area priuum ex D puncto extra dato in partes tres æquales rectæ secunda lineis. Latere itaque AC, datum nimirum cui adjacet punctum D, tanquam base in partes tres æquales in punctis E & F secto, cmittantur ex D rectæ duæ GH & IK ita, ut rectæ è vertice B ad G eductæ æquidistet recta punctum E cum H connectens, ad I vero ex B fluenti æquidistet FK, quod Octante aut funiculo, altero termino in D alligato, perficietur facilè, ac peracta erit ex dato D puncto per 20 pos. hujus divisio desiderata.




32. Sit deinde eadem ABC figura trilatera per punctum in area signatum D secunda unicâ rectâ ita, ut totius trientem alterum æquæ segmentum; unde reliquum ejusdem duos æquabit trientes. Latere itaque AC, ut dato puncto quod est proximum, tanquam base, in E secundum propositam rationem recto, signetur per D recta GH ita, ut è vertice ad G euæta æquidistet rectæ E & H connectenti, ac vi 20 etiam pos. hujus per dictam GH triens AGH relectus erit. Ubi notandum est, non licere in hoc casu per quodvis datum in area punctum, sub ratione quacunq; datâ, sectionem instituere: quod sicuti ad oculum demonstrare est facile, ita & experienci patebit statim. Circumspectione itaq; diligenti, ante quam divisionem hanc aggrediatis, opus erit, ne, vano suscepso labore, te reddas vanum.

33. Quod si divisione primâ sic peractâ, ex eodem puncto D in altero segmento, ut in A HG triangulo vel GHBC quadrangulo subdivisio aliqua fuerit instituenda, perficietur ea per 20 aut 21 pos. hujus, quod punctum D datum in latere




GH consistat utriusque communi. Exempli causâ, si tota $A B C$ area in partes tres æquales ex eodem V sit dividenda, tunc quia triangulum $G A H$ jam absctissum unum totius æquet trientem, quadrangulo $G H B C$, duos ejusdem æquante trientes, per 22 hujus ex D bisecto, exoptata divisio erit finita. Idem in cæteris judiciis.

34. Sit demum proposita $A B C$ area trilatera in partes 4 æquales per lineas rectas, quæ omnes inter se & lateri dato, Exempli gratia, $A B$ existant parallela, dividenda. Ex alterutro igitur laterum reliquorum, ut ex $A C$, parte quartâ $A E$ subductâ, ducatur recta $G H$ ipsi $A B$ parallela ita, ut inter se quoq; sint parallelae à vertice B ad G , itemq; ab E ad H deductæ, ac quadrans totius per dictam $G H$ rectam absctissus erit; unde si ex residuo $G H C$ triangulo, tanquam toto, eadem ratione resecetur triens, & tunc quod relinquitur bisectetur, divisio per præmissa etiam se rectè habebit.



35. Et de reliquis tribus casibus in figura trilatera Mechanicè hactenus etiam satis; plura, præter facilium ultimi hujs casus in parallelogrammis rationem Geometricam, addere tempus non permittit, quod flexo jam in vesperam die, Octans noster mensurandis inserviat astris; nec etiam necesse est, cum ex præmissis, quomodo in aliis figuris res ipsa sit aggredienda, colligere liceat facile.

36. Parallelogrammi igitur cuiusq; divisio per lineas parallelas sic erit. Lateralia in parallelogrammo bina opposita, secentur tanquam bases secundum propositam rationem, ac sectionum punctis convenienter rectis connexis, divisio vi 36 propos. lib. 1. Euclid. peracta erit. Sit Exempli gratiâ oblongum ABCD in partes tres æquales rectis, lateribus A B & CD parallelis, dividendum. Reliquis igitur ut A D & B C, tanquam basibus oppositis, secundum rationem propositam ut AD in E & F & BC in G & H sectis, ac E cum G itemq; F cum H rectis.



EG & FH connexis, propositum ABCD parallelogrammum secundum proportionem rationem secundum erit. Et tantum etiam de divisione.





DE OCTANTIS ASTRONOMI- CO USU.


L.

 ACTENUS Octantis nostri usum Geometri-
cum paucis attigimus; insequitur Astronomicus, qui potissimum con-
sistit in investigatione cum distantia stellarum quarumcunq; à se invi-
cem, tum altitudinis Solis aut cuiuslibet Syderis supra Horizontem.

2. Per stellarum distantiam intelligimus arcum circuli maximi, inter duas
quaslibet stellas interceptum; qui quidem, sereno existente cælo, per Octantem
in hunc explorabitur modum. Octante ita accommodato, ut cum stellis propo-
sitis commune obtineat planum, respiciatur stellarum altera per dioptram, & re-
liqua per Scalæ Basem Rectam aut Versam, prout necessitas exegerit, & dabitur in
Limbo à dioptra earundem in gradibus & minutis distantia vera, aut ejusdem à se-
micirculo sive 180 gradibus differentia; si per Scalæ Basem Versam & dioptram
collimatio instituta fuerit; aut distantia à quadrante seu 90 gradibus defectus, si-
ve ejusdem supra quadratrem excessus, si per reliquam Scalæ Basem, nimirum Re-
ctam & dioptram facta collimatio; sicuti id ex sequenti schemate primo intuitu
habet perspicuum satis, præsertim si ea huc adducantur, quæ in parte usus Geome-
trici prima de dimensione cuiusq; anguli posuimus supra. Nam primo quia ad
stellas A & B itemq; A & D pro earundem ab invicem distantia capienda, collimatio
facta per dioptram & versam Scalæ Basem, dabitur in Limbo pro stellis A & B in gra-
dibus & minutis desiderata distantia, quod quartæ cœli parte existat minor, & pro A &
D stellis distantia quaesita ad semicirculum sive 180 gradus complementum, quod quartæ
cœli parte major. Deinde cum ad stellas B & C itemq; B & D collimatio pro earun-
dem etiam distantia colligenda per dioptram & reliquam Scalæ Basem, Rectam nimi-
rum instituta, dabitur in Limbo pro stellis B & C distantia quaesita ad quadrantem sive
& gradus 90 complementum, quod quartæ istidem cœli parte minor, & pro B & D dis-
tancie supra quadrantem excessus, quod eadem quartæ cœli parte major. Veritatem & ca-
lum horum varietatem Octantis positio in schemate adumbrata per se satis in-
dicat.

g. Et

OCTANTIS




U S U S A S T R O N O M I C U S.

3. Et stellarum quarumcunq; ab invicem distantia per Octantem inventio sic est; sequitur jam paucis etiam altitudinis Solis, Lunæ aut Stellæ alicujus sive fixæ sive Erraticæ supra Horizontem per eundem dimensio.

4. Altitudo Solis Stellævè est arcus circuli maximi per verticem loci & centrum Solis aut Stellæ ducti, inter dictum Solis Stellævè centrum & Horizontem comprehensus: qui arcus per Octantem exhiberi potest in gradibus & minutis ratione duplice, prout Octante utilibuerit fixo vel mobili.

5. Si fixo, procedatur ita. Debitâ Scalæ Base, nimurum Rectâ, si proposita Solis Stellævè altitudo Octante sive gradibus 45 fuerit minor, & Versâ, si major, ad perpendicular rite firmatâ, volvatur dioptra donec radius Solis per ambo foramina transeat, vel per eadem visu directo stella conspiciatur, & dioptra dabit in Limbo altitudinem quæsitam in casu primo, & altitudinis ad quadrantem complementum in reliquo. En hac de re schema.




6. Si verò utendum sit Octante mobili, agatur sic. Dioptrà dextro Octantis

K

tis

O C T A N T I S

cis radio rite admota , elevetur vel deprimatur Octans ad Solem vel Stellam propositam conversus eo usq; quo per eandem aut per Scalæ Basem Rectam radii solares discurrant , vel stella conspiciantur , & filum perpendiculari ad instans considerationis in Limbo Solis aut Stellar adsumptæ expeditabit altitudinem desideratam , & quidem in inferiori numerorum serie , si per basem Scalæ Rectam , & in superiori si per dioptram observatio fuerit instituta . Vide schema .




7. Et tantum quoq; de altitudinis dimensione. Cum autem certis temporibus in præcipuis rebus tam Astronomicis quam Geographicis , ut in Zodiaci ad Äquatorem obliquitate sive maxima Solis ab Äquatore declinatione & Elevacione poli sive latitudine loci , quæ cæteratum apparentiarum & observationum omnium fundamenta sunt , inquirendis , altitudinis Meridianæ Solis stellarē alicujus fixæ cognitione summoperè sic necessaria , idcirco Octantem in situ tunc Meridiani exquisitè collocari oportet ; quod fieri mediante linea Meridianâ super planō aliquo ad libellam rite firmiterq; posito , designata .

8. Linea

USUS ASTRONOMICUS.

8. Linea Meridiana est quam ostendit umbra gnomonis sive styli ad perpendicularum constituti, Sole Meridianum occupante.

9. Ea vero sic reperietur. Descripto super plano proposito ad arbitrium circulo, erigatur è centro gnomon sive stylus qui ad idem sit perpendicularis, & observetur mediante Sole umbra à stylo projecta ante & post Meridiem, quando scilicet peripheriam circuli exactè attigerit, & arcu inter utrumq; punctum signatum in duo æqualia se coto, agatur per sectionis punctum & centrum recta linea indefinite, quæ erit Meridiana desiderata, eâ parte, qua Solem spectat, ostendens Meridiem, alterà Septentrionem; ac eidem insistens ad angulos rectos exhibet in Horizonte puncta Ortus & Occasus Solis tempore utriusq; æquinoctii.



10. Linéa Meridiana in plano stabili sic designatæ, obliquas Zodiaci respectu Äquatoris investigabitur ita. Observetur p Octantē Meridianę lineę substdio in si-

tu Meridiani exquisitè collocatum in utroq; solstitio æstivo & hyberno exactissimè Solis altitudo Meridiana, & correctione cum ratione refractionis, quæ ob terræ vapores contingit, tum parallaxeos factâ, deinatur altitudo Meridiana hyberna ab altitudine solstitiali æstiva & residui semissis erit quæ sita ad Äquatorem Zodiaci obliquitas sive Solis maxima ab Äquatore polum utrumq; versus digressio.

11. Cognita hoc modo Zodiaci ad Äquatorem obliquitate Elevatio Äquatoris supra Horizontem, quæ poli elevationis ad Quadrantem complementum est, innotescet eandem altitudini Meridianæ solstitii hyberni addendo, aut altitudini Meridianæ solstitii æstivi subducendo.

12. Simili prorsus ratione Elevationem poli per maximam & minimam altitudines Meridianas stellæ alicujus fixæ perpetuæ apparitionis, uti sunt omnes polo nostro vicinæ, in dagare licet. Nam utrâq; altitudine Meridianâ per Octantem in situ Meridiani positum exquisitè sumptâ, tollatur minor de majore, ac differentiæ semissis addatur inventæ altitudini minori vel subtrahatur majori pro exoptata poli supra Horizontem altitudine sive elevatione.

13. Et hactenus etiam de mensuranda poli elevatione, ex qua nota & juxta constat Solis aut stellæ in Meridiano observatae ad quodvis temporis momentum ab Äquatore distantia sive declinatio. Nam è majore, quâm habet Äquator, altitudine relinquitur declinatio Borea sive Septentrionalis & è minore declinatio Austrina sive Meridionalis.

14. Dehinc etiam liquet, quomodo vice versa è nota stellæ alicujus fixæ declinatione & altitudine Meridiana, elevatio Äquatoris & consequenter poli altitudo; aut è nota altitudine poli sive Äquatoris & stellæ declinatione altitudo ejusdem Meridianâ sit colligenda.

15. Huc usq; de altitudinis Meridianæ Solis aut Stellæ fixæ in nobili studio syderali usū obiter dictum sit satis; nunc coronidis loco amplitudinis sive latitudinis ortivæ atq; occiduæ Solis Stellæ per Octantem eruendæ modum, etiam si in boreali hac cœli constitutione, ob frequentes qui circa Horizontem existant vapores, illius observatio citra errorem sensibilem iustitui haud possit, paucis etiam subjiciam.

U S U S A S T R O N O M I C U S.

16. Amplitudo sive latitudo Ortiva Solis aut Stella: est arcus Horizontis inter exortum Aequatoris & Solem stellamve emergentem comprehensus; sicuti latitudo occidua arcus itidem Horizontis inter Occulum Aequatoris & Solem sive stellam decumbentem intercepitus.


17. Utraq; latitudo tam Ortiva quam Occidua indagabitur ita. Octantis plano ad Horizontem paralleter acto, vertatur Limbus sive centrum versus eam celi partem, qua Sol stellave proposita oriri aut occidere incipiat, tamdiu donec Sol aut stella jam jam exortus aut decuibens conspicatur vel per dioptram, Scalæ Base Versa linea Meridianæ aut Orientali existente congrua sive parallelâ; vel per Versam Scalæ Basim; dioptrâ ad lineam Meridianam sive Orientalem æquidistantem constitutâ, & dabitur in Limbo desiderata Solis stellæ assumptæ in gradibus & minutis amplitudo ortiva aut occidua quæ sita, si dioptra aut dicta Versa Scalæ Basis ad Orientalem lineam fuerit congrua sive parallela, & ejusdem ad quadrantem complementum, si ad Meridianam.

18. Sic in adjuncto schemate ad signatarum stellarum, Exempli causâ B & D australium, dabitur in Limbo à dioptra amplitudo sive latitudo vera, stellæ quidem ad B ortiva & ad D occidua, quod in collimatione pro stella ad B dioptra & pro reliqua ad D Scalæ Basis Versa Orientali linea congruenter sive paralleliter sit acta; Stellatum vero ad A & C exhibebitur in Limbo latitudinis quæstæ stellæ scilicet ad C australis & ad A borealis ad quadrantem sive 90 gradus complementum, quod pro dictæ stellæ ad C observatione Scalæ Basim Versa & pro A dioptralineæ Meridianæ congruat sive æquidistet.



19. Et hinc, quod meminisse satis sit, peri potest locorum quorumlibet propositorum è quovis situ oblato à qualibet Mundi parte declinationis sive deviationis, mediante compasso quadrato, investigandæ modus utilissimus & pulcherrimus. Quorum verò conducat, ex parte usus Octantis Geometrici tertia perspicuum est.

O C T A N T I S



U S U S A S T R O N O M I C U S.

20. Et tantum de latitudine sive amplitudine ortiva atq; occidua per Octan-
tem capienda; atq; ita de utroq; Octantis nostri Usu Astronomico & Geometri-
co pro temporis & instituti ratione etiam satis. Nam reliquas præter haec
nus expositas, Octans noster quas præstare potest oportunitates in tormentis bel-
licis in primis examinandis, dirigendis atq; elevandis, similibusq; aliis in negotiis
expediendis studioso Lectori inveniendas brevitatis causa jam relinquimus. Hisce
igitur interea Lector candide utere, nostrisq; studiis & laboribus fave, Deoq;
soli, omnis boni fonti, in omnibus & pro omnibus gratias age.

Vale.



